In vigiliis non comedenda lacticinia ec- ——— 59.
Azima, Libri vestes sacrae non possunt esse pigno- ——— 89.
ra in mobilibus Ecclesiae
Hoc cum habetur in Synodo Spalatina ~~[illegible]~~
an. 1583. pag: 187 = in Synodo Laurentana
an. 1626. Tit. 8. nu: 2. pag: 50 = ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~. In directorio visi-
tatoris Restae P. I. cap. 96. ubi de visita-
tione mobilium Ecclesiae pag: ~~[illegible]~~. 174.

SYNODVS DIOECESANA

HABITA
Per Illustris. & Reuerendiss. Dominum

D. PETRVM MARIAM BICHIVM

SENENSEM
EPISCOPVM TVDERTINVM *

ANN. SAL. MDCLXII.
XI. X. IX. KAL. IVN.

* Todi Città dell' Umbria.



TVDERTI.

Apud Augustinum Faustinum. Super. Permissu. M.DC.LXII.

PETRVS MARIA BICHIVS

DEI, ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA

EPISCOPVS TVDERTINVS

Dilecto Clero, & Populo sibi commisso

Salutem in Domino.

PER Moysen Maximum illű, numerisq. omnibus absolutissimum virum, a Virtute Trismegistum, ab opere Taumaturgum, & Sacerdotum Sacerdotem, multa profecta olim a Deo fuerunt in Rem Israeliticam beneficia. Maximum tamen illud omninò fuisse, nemo eat inficias, dum in ipso Sinai Mőtis fastigio Leges cęlitus acceptas Popu

Phil lib. de Vita Mosis. Abben. Ezra apud Gene in Esai 98.

Exod 19

lo tradidit, qui ſibi, Deoquè in amoribus fuit, ac delicijs - Moſaicam Nos non perſonam, non prouinciam, non dignitatem, Vmbraticā vix ſpeciem præferimus, dum iniunctum ſuſtinemus onus, meritis tamen, & viribus impar, regēdæ huius Ciuitatis, & Diœceſis, quę Nobis (ſeriò, & medullitùs loquimur) cum Bizantino Antiſtite *Lux, luceq. ipſa dulcior eſt.* verè cum Apoſtolorum Principe, *Genus electum* Moiſis, Deo & monente, & mouente, pro uiribus æmuli, ex quo Tudertini, ijquè ſacri tractandi Nobis faſces fuerunt, miſſum nihil fecimus, vt, quantum in Nobis eſſet, quāvis non Triſmegiſtis, non Taumaturgis in Tudertinæ tamen Eccleſiæ finibus Sacerdotum Sacerdotibus, de creditis Paſtorali Noſtro Lituo ouiculis mereremur optimè, dantes, quæ potuit Noſtra in illas Paterna Charitas, beneficia. Primas autem obtineat, quod modò apud

Chryſoſt. Hom. cum de expulſione eius agitur l. p. 2.

Veſtram

Vestram ponimus dilectionem, dum ab ipso afflãte certè si minus dictãte Deo in altissimo Tudertinę huius Basilicæ Sinai datas & sanctiones, & tabulas per synodalẽ conuentum, quem, Superis sint gratiæ, & laudes, felicitèr habuimus Vobis exhibemus, & ad Vos transmittimus. Exhibemus verò, & transmittimus lætabundi à spe, nunquam fore, vt Vos, qui veri mihi Israelitæ, in quibus, faxint Cælites, *vt nullus vnquam sit dolus*, fronte non excipiatis hilari, quicquid cõstitutum per Nos diuinitus est, nõ inconsultis, quos, Diuino beneficio, in hac Nostra Diœcesi egregia cõmendat fides, & prudentia. Vos tamẽ Synodicas leges accepturos nõ possumus nõ monere id nobis mẽtis fuisse, nõ vt simus oneri, quod grauitèr premat, sed fręno, quod suauiter cõpescat. Tudertinũ in Gregẽ, si verè loquẽdum est irrepsère, ne dicam irrupère multa, non Pastorum incuria quorum deside- *Ioann C 1.*

rari

rari nunquam partes potuiſſe credimus, ſed ouium negligentia, quę vel ſeduló cohibitæ niterentur nullo negocio in vetita. Quicquid igitur Synodico ĩ cœtu ſancitum fuit Diuina pietas, libentiſſimis animis excipite ſeruaturi, quod ſperandum Nobis eſt, ſeruandumquè curaturi. Gaudio illud eſt in Domino, quod nunquam ſuſpicamur futurum, vt Diœceſanæ hę diffringantur tabulæ aureo excitato Tudertinis ĩ caſtris, quod Deus æternum auertat, vituló inobedientiæ, & contumaciæ. Nôuimus, ex qua die Tudertina in Cathedra ſedere iuſſi ſumus per ALEXANDRVM VII. cui feliciſſimè regnãti optimé ſit, quanta in vobis ad parendum procliuitas, quantumquè Chriſtianæ virtutis exercendæ ſit ſtudium. Prouehat Deus & ad gloriã ſuam, & ad ſalutem veſtram omne Catholicæ laudis genus, ad quod inſita vobis incēdit, nedum incitat religio. Sic

ſperemus

ſperemus licet perSynodica hæcSenatus conſulta vos Iudæis multó feliciores ex aſperrimo humanæ mortalitatis deſerto, Eccleſiaſtica planè cuſtodita diſciplina amęniſſimam ſubituros
Terræ in Cœlis promiſſæ
beatitudinem. Superi
vos Nobiſcũ vná
ſoſpitent, vt
Paſtor
cum Grege trium-
phet in æter-
nitatem.

INDEX.

Tit. I. De Fide Catholica, eiusque professione. 1
Tit. II. De Doctrina Christiana. 5
Tit. III. De Prædicatione verbi Dei. 9
Tit. IV. De Sacris Aedificijs, eorumque cultu, & veneratione. 15
Tit. V. De Sacris Imaginibus, Miraculis, Reliquijs, & Indulgentijs. 22
Tit. VI. De Immunitate Ecclesiastica, deque Ecclesiasticis bonis non alienandis. 28
Tit. VII. De Diuinis Officijs. 37
Tit. VIII. De Celebratione Missarum. 44
Tit. IX. De Diebus festis & Ieiunijs. 52
Annotatio Dierum festorum, & Ieiuniorum. 60
Tit. X. De Confraternitatibus. 65
Tit. XI. De Processionibus. 71
Tit. XII. De Sepulturis, Funeribus, & Exequijs. 77
Tit. XIII. De Quæstoribus. 85
Tit. XIV. De Monte Pietatis, & alijs frumentarijs. 88
Tit. XV. De Sacramentis in genere. 93
Tit. XVI. De Sacramento Baptismi. 96
Tit. XVII. De Sacramento Confirmationis. 104
Tit. XVIII. De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. 107
Tit. XIX. De Sacramento Pœnitentiæ. 117
Annotatio Casuum Reseruatorum. 128
Tit. XX. De Sacramento Extremæ Vnctionis. 129
Tit. XXI. De Sacramento Ordinis. 134
Tit. XXII. De Sacramento Matrimonij 141
Tit. XXIII. De Vita & honestate Clericorum. 149
Tit. XXIV. De Officio Parochi. 159
Tit. XXV. De Decimis & Oblationibus. 171
Tit. XXVI. De Seminario Clericorum. 175

Tit. XXVII.

Tit XXVII. De Monialibus. 179
Tit XXVIII De Vicarijs foraneis. 190
Tit XXIX. De Beneficijs. 196
Tit. XXX. De Foro Episcopali. 200
Officiales Cleri. 208
Sommario della Dottrina Cristiana. 213
Sommario &c sopra la veneratione delle Chiese. 216
Decretum Sac. Congreg. Rit de cultu Beatorum. 218
Bulla Pauli Papæ V. circa Montes Pietatis. 222
Ordini per i Monti frumentarij della Diocesi di Todi. 224
Decreta Sac Cong. Episc & Reg. circa casus reseruatos. 227
Bulla Gregorij Papæ XV contra Confessarios solicitantes 23[illegible]
Summarium Requisitorum pro Ordinandis. 239
Decretum circa accessum Regularium ad Moniales. 242
Lettera per l'essattione de Crediti delle Monache. 244
Decretum S. Congreg. Episc. & Reg. circa Tertiarias. 245

DE FIDE

DE FIDE CATHOLICA, eiusquè Professione.

TIT. I.

CVm Christiano Nomini tanti fides sit, vt Aquitanus credat Spiritualis esse fundamentum ædificij, vt Bulgariensis sentiat omnium esse Virtutũ basim, vt Bizantinus asserat Parentem bonorum omnium, vt Rauennas Baptismate ablutis vocet Vitam, vt Alexandrinus Regnum appellet Dei, res ipsa postulat, vt Synodico huic ædificio manum admoturi, Synodicisquè his Constitutionibus firmitatem conciliaturi ab ipsa Fide sumamus exordium.

Prosper. i Psal. 136 Theophil. in Matt. 161 Chrysost in c. 1 Ep. ad Rom. Chrysolog. ser. 83 Athan. Or. cõtra Gent.

§ 1 Fidei professionem ex Concilio Tridentino, & Constitutione Pontificiã coram Nobis, vel Vicario Nostro Generali emittendam statuimus, qui Beneficium, cui Animarum cura incumbat, aut Canonicatum, aut Dignitatem in Cathedrali obtineant, saltèm intra duos menses á die aditæ possessionis, indicta non emittentibus pœna amissionis fructuum. Eadem erit pœna Canonicis, ac Dignitatibus iam dictis, qui in Capitulo quoquè eandem fidem professi non fuerint.

Sess. 24 c. 12 de Reform. Sess. 25 c. 24 de Reform. Pius IV. Constit. quæ incipit. Iniunctum vobis ali aque incip. Et in. sacro sancta

§ 2 Eadem professione teneantur, qui Beneficium

Prou. Med 5.

 Ecclesi-

Ecclesiasticum assecuti primùm accesserint ad Diœcesanam Synodum : Qui scientiam, artemque aliquam liberalem siue publicè, siue priuatim etiam in Regularium Monasterijs docturi, cum primū id oneris susceperint : Qui confessiones audituri sint : Qui conciones habituri, cum ad Nos sese contulerint, vt vel facultatem, vel benedictionem accipiant. Hinc Parochi, in quorum Curijs Magistri, qualescumque sint, qui docendi munere fungi voluerint, sedulò inquirant, etiam per Testes litteras, an professi fidem sint: si minus id fecerint, docere per ipsos Parochos omninò prohibeantur; quod si non destiterint, ad Nos deferantur grauibus vtìquè pænis coercendi. Vt autem obtemperatum constet, singulorum nomina, qui fidei professionem ediderint, per Cancellarium Nostrum in Codicem ad id rei compactum, inque Episcopali Tabulario, siuè Archiuio asseruandum referantur cum subscriptione & profitētium, & testium, qui adhibiti fuerint.

§ 3 Cum fides ineptis sæpiùs, ineruditisq. disceptationibus obscuretur, omnes, & singuli, Laici in primis, quibus fixa in Diœcesi Nostra sedes est, de ijs quæ ad fidem pertineant, disputationes, concionesque habere prohibeantur, necnon & sacras litteras explanare, Nobis scripto non permittentibus. Eos tamen excipimus, qui in Sacra Theologia vel Doctores fuerint, vel Licentiati. Qui secus faxit, pœnas soluet, quas comminātur sacri Canones.

[…] cum ex initio […]. ficut de Haret. […]c. Quicūq. § Inhibemus eod. tit. in. 6.

§ 4 Ne-

§ 4 Nemo cautum nolit, ne ſacrarum literarum, Sanctorumque verba profano more vſurpentur, neue Eccleſiaſtici ritus ſęculares in vſus conuertantur. Qui non paruerit, grauibus ad arbitrium Noſtrum pęnis mulctabitur, quas & à Concionatoribus exigemus, qui damnatas ab Eccleſia opiniones temerè prędicent, vel non damnatas pro damnatis haberi velint.

§ 5 Quia fidei maximo ſunt detrimento praua, & illaudata dogmata, quę libris nonnullis complectuntur, præceptum omninò volumus, ne Hæreticorum, vel de Hęreſi ſuſpectorum libri legantur, vendantur, tractetur, (quales quales ſint, ſiue prohibiti, ſiue ſuſpenſi) imprimantur, vel curentur imprimi. Sentient, qui contrafecerint, pœnas, quas intentant Conſtitutiones ſummorum Pontificum, quaſque exprimit ſacra Congregatio Indicis. Bibliopolas idcircò habere iubemus apud ſe Indicem librorum, quos Eccleſia prohibuerit, ne ignorent, quoſnam libros Roma damnauerit. Idem Typographis iniungitur, ne quid audeant, vel minimum, prælo credere, vel creditum aut vendere aut euulgare, Nobis, &, ſi expedire viſum fuerit, Recognitoribus Noſtris non annuentibus, & quidem ſcripto. Circulatoribus vetitum idipſum ſit, qui vęnales exponant libros. Contrafaciens, & libros amittet, & mulctam ſoluet.

§ 6 In fidē ſuperſtitio pugnat. In eā propterea Parochi inuehātur ſæpius, & ſīgularia, vbi opus fuerit, explicēt quib⁹ admittatur. Illud quoq. Parochis datur nego

cij, nec AEgyptij, vulgò Zingari, per Parochiales fines vagi sortilegijs, incantationibus, & diuinationibus rudes, & indoctos, Puellas potissimùm decipiant, & circumueniant.

§ 7 Quamuis per Ordinem Exorcistatus potestas ab Ecclesia fiat exorcismis adiurandi siue exorcizādi, cum iustius á Sacerdotibus id fieri possit; cum tamē experimento constet omnes, qui grauem adeò prouinciā sustineant, omni virtutum genere insignes necessariò futuros, & egregios, vt voto potiantur suo, ne liceat Exorcistis, alijsquè Sacerdotibus eorum, quos Tartareus hostis obsederit, per exorcismos adiuratio, nisi fuerint a Nobis probati. Si contra fecerint, grauissimas pendēt pœnas.

§ 8 Quia tandem Infidelium sodalitas, ac consuetudo pestiferam Ethnicę perfidiæ lucem importare nullo negocio potest, Nostra hac constitutione decernimus, ne quis Nostræ subiectus ditioni cum Iudæis consuetudinem iungat, cibum sumat, somno indulgeat, alioquin durissimè mulctandus. Pœnę etiam prægraues sumentur de Cauponibus, vel Tabernarijs, qui, Nobis per scriptum non annuentibus, tam in Ciuitate, quàm in Diœcesi, Hospitio Iudæos excipiēt, prima tātū excepta nocte. Iudæis autē mādatū volumus, ne vnquā per Tudertina óppida absquè signo obambulent suę Infidelitatis, nec ante ortum, nec post occasum solis, afficiendi, nisi pareant, grauissimis pœnis pro arbitrio.

De Doctrina Christiana.

TIT. II.

QVin accurata ad ſacra Chriſtianæ Religionis miſteria inſtitutio á primęua vſquè ætateChriſtifidelibus impenſa miruminmodum prodeſſe ſoleat, ad ea conſequenda, quę ſalutem, & felicitatē pariant,nemo prorſus eſt, cui in dubiū veniat, cum natura comparatum ſit, vt, quicquid hauſerit puerilis indoles, per omne teneat, ſeruetq. reliquę vitæ curriculum. Verò enim in omnibus comprobatur;quod olim SapientiſſimusRex *Adoleſcens extra viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea*, vt tenerioris æui erūditionem ſuadeat ibidem, & doctrinam, cum alij ex Hebraico fonte legant *Aſſuefac puerum ſuper os viæ ſuæ* &c.Ergò titulo deFide Catholica proximus omninò ſit alter de Chriſtiana Doctrina. Prouerb. c. 22 Pacc. in Cant. Ezech. v. 10. Annot. 1

§ 1 Mandamus primùm ex præſcripto Concilij Tridentini, vt Parochi omnes, quibus id præcipuè muneris eſt, nullā non ponant operam, vt Pueri, Puellęque Chriſtianę Fidei rudimentis imbuantur ſingulis ſaltèm diebus Dominicis, præuio campanæ pulſu, additoquè per vias etiam ſigno campanulæ, ità tamen vt Puellæ ſeorſum, perq. Matronas idoneas, ſi fieri poſſit, inſtituantur. Ad hoc tantę pietatis opus, vt plurimi conueniant, Parochi monitos Parentes velint, vt filios, filiaſq. ad Eccleſiam Seſſ. 24. c. 4 in fin.

euocẽ dos mittant, acerrimè obiurgantes, si abnuant. Puerorum, Puellarumque nomina e singulis Parochialium domibus, & familijs excipiant, inqueTabellam referant, quę legatur, dum Christiana obitur Catechesis, vt contumaces innotescant. Vbi res exigat, constituant, qui Pueros, quæ Puellas deducant; quibus recedentibus, quò magis ad Christianum hoc studium alliciant, munuscula donent, Sanctorumquè imagunculas.

§ 2 Parochis in re tam salutari, támque necessaria subeant auxilio Clerici, qui omnes ad Christiana cum illis teneriores annos rudimenta informent. Si renuant, sciant se nõ prouehẽdos ad superiores Ordines, nisi testimonium afferant se Christiano hoc in ministerio frequentes fuisse. Si Parochus facto testetur de Clerico indiligente frequentiam, volumus, vt ipso facto sit Suspensionis vinculo adstrictus.

§ 3 Ludimagistris, siue publicè, siue priuatim docentibus, id oneris imponimus, vt de Christianis rebus Discipulos erudiant, dantes operam, vt Christianam doctrinã ab Eminentiss. & Reuerẽdiss. Bellarmino conscriptam, inque lucem editam, memoriæ commendẽt, memoriterquè reddant, identidèm moneant, quos sibi in disciplinam, fidemquè traditos videant, vt diebus Dominicis Ecclesiam adeant auribus excepturi, quæ ad rem Christianam pertineant, conciones audiant, sacro quotidiè intersint, sollemnibus Vesperis nauent operam, animos crebra confessione eluant, Eucharistico

pane; si per ætatem liceat, semèl saltèm in mense se reficiant. Si fieri possit, ad hæc Christianæ pietatis officia comitentur, monitis Parentibus, vt, quæ iam diximus, impleanda curent, filiosquè iubeant Christianæ doctrinæ domesticos intra parietes seduló studere, cubatum euntes, è strato surgentes Orationem recitare Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolicum, aliasquè preces, exactam alioquin rationem Deo reddituri. Eosdem deniquè hortamur Ludimagistros, vt Scholas nec instituant, nec dimittant, precibus ad piam, religiosamquè imaginem non effusis.

§ 4 Puellas, quas Monasteria habeant vel educandas vel religiosis vestibus nupèr indutas, Magistræ, quas vocant, Nouitiarum Christianis imbuant rudimentis.

§ 5 In Xenodochijs, siue AEdibus Hospitalibus Pueros Capellanus, Puellas Matronæ ad ea, quæ Christianæ sint fidei, instituant. Si dicto audientes non fuerint, non leuis manebit poena.

§ 6 Vt ex ijs, quæ sanciuimus, missum vnquàm nihil fiat, Pontificijs Constitutionibus, Nostrorumquè Decessorum Decretis inherentes mandamus, vt in Ciuitate, alijsque celebrioribus in locis Christianæ Doctrinæ Sodalitia quàm primùm instituantur, Parochis in id solertissimè incumbentibus, vel olim instituta, & aut ex parte, aut ex toto collapsa restituantur, *Pius V. Const. 133 quæ incipit ex debbito.*

euulgatis Indulgentijs, quasSummi Pontifices Christiana Catecheseos sodalibus elargiti sint,vt, illiciente Cœlicæ gazę lucro, dent illis nomina,opusq. Christiano nomine dignissimum faciant.

§ 7 In Ruralibus Parochijs, in quibus locorum angustiæ non patiantur Christianæ institutionis Sodalitates erigi, præcipimus, vt, inter sacra facienda, vel inter recitanda Rosaria quolibet die Dominico, exceptis qui Christo in Palmis triumphāti, Seruatori in Paschate resurgenti, Spiritui in Pentecoste illapso sacri sunt, Parochi clarè, ac distinctè, vt ab omnibus, qui in Ecclesia sint, optimè intelligantur, Doctrinæ Christianæ Summarium in duas partes distributum, hisquè Nostris sanctionibus in calce apponendum, proferant, & enuncient per particulas signis interiectis discretas, quæ indè, nulla mora, repetitę labili, fugaciquè consulant memoriæ, quiquè aliàs ad Ecclesiam non accedunt, quæ ad salutem necessaria omninò sint, facilè percipiant, & retineant.

§ 8 Adulti sanctæ nostræ fidei principia ignorantes, nec susceptoris, siue Patrini in Baptismo, & Confirmatione munus obeant, nec Matrimonio, Nobis inconsultis, copulentur, nec Nobis non permittentibus, peccatorum absolutione dignētur, si ad tempus à Confessario præstitutum illa non edidicerint, memoriequè mandauerint.

§ 9 Si, cui animarum cura innititur, sibi commissas oues Christianæ Doctrinæ pabulo, vt diximus, enutrire neglexerit, vel nemine etiam accedente, sese in Ecclesia statuto tempore satis suo facturus

ea in re muneri non expofuerit, foluet prima vice Decuffes, fiue Iulios quinque, altera verò decem, qui Doctrinæ ipfius Chriftianæ Sodalitatibus, vel alijs applicentur Ecclefijs pro Noftro arbitrio, tertia denuncianti parte referuata. Si vel tertio partibus fuis defuerit, pœnam ipfo iure Sufpenfionis fubeat.

De Prędicatione Verbi Diuini.

TIT. III.

CVM fuftinendo corpori materialis, & fenfibilis, tum fuftinendæ animæ fpiritualis, & infenfibilis efca vfui effe debet; qualis Sacramentorum fufceptio, Verbique Diuini exceptio. Nihil enim verius, quàm quod Seruator in Euangelio, *Non in folo pane viuit homo, fed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Tanto pane nihil fieri poteft fuauius, vtilius nihil. Quis ergo neget identidem frangendum, ne cum queribundo Vate querelæ locus pateat, *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis,* & identidem difpenfandum. *Mat. 4* *Ierem. Thr. 4.*

§ 1 Id quidem prouinciæ cum Paftoribus animarum impofitum præcipuè fit, Parochis ex Tridentino Cōcilio præceptum volumus, vt faltem feftis diebus Populo breuiter aliquid explicent, quod tempori, Euangelioque refpondeat occurrenti, captuiq. *Seff. 24. c. 4. de Ref.*

& auditorum, & suo. Si quid legitimè prohibeat, breuem alta voce Homiliam vulgari idiomate conscriptam perlegant, pœnam Nobis arbitrariam subituri, si id omiserint. Quia molestissimè accepimus ex animarum Rectoribus nōnullos de ijs, quæ sua tantùm intersint, ad Populum dicere, & in illos publicè inuehi, à quibus vel sciant, vel putent aliquid sibi vel suis illatum iniuriæ, & quod peius est, fortasse de rebus eloqui, quas in Confessionibus audierint; sancimus, vt post hac, quoties in iam dictis peccatum iuerint, aureum dependant, cuius tertia pars denuncianti numeretur, pro comperto habentes, si sacramentale sigillum fregerint, pœnas non euasuros, quas sacri Canones irrogant.

Cano. Omnes vtriusq. sexus de pœnit. & remiss.

§ 2 Ne Verbum Dei minus aptè administretur, statuendum duximus, & decernimus, vt nemo Ecclesiasticus in Nostra vel Ciuitate, vel Diœcesi, Nobis non consultis, non annuentibus, de Diuinis rebus concionari vspiam audeat, Suspensionis pœnam daturus continuò. Idem omnibus, & quibuscúque Laicis prohibemus omninò fieri in Sodalitatibus, alijsque in locis eiusmodi, sub pœna centussiũ siuè scutorũ quinque, quorum quarta pars ad accusatem pertineat. In posterum igitur Parochorũ sit, neminem, Nostra non exhibita, vel Vicarij Nostri Generalis potestate, ad habendas Conciones admittere. Semel tantùm id per Nos liceat, si Concionator idoneus nomine, & fama notissimus sit. Regularibus, nec in sui Ordinis Ecclesijs, concionandum sit, nisi benedictione á Nobis accepta, quam non

Greg. XV. 5. Feb. 1622.

impe-

impetrabunt, Præsidum suorum probata de eorum scientia, moribusque non exhibentes testimonia. Apud Sanctimoniales tamen nemo ad Ecclesiastæ, siuè Concionatoris munus tractandum admissus iniussu Nostro concionari audeat Alióquin Suspensionis iure ipso damnabitur.

§. 3. Quibus Nostra in Diœcesi Concionatoris prouincia tradita fuerit, á quæstionibus abstineant, quæ subtilitatis multùm, vtilitatis parùm habeant, & à controuersijs, quas de Diuinæ Gratiæ auxilijs Sedés Apostolica nondùm composuit. De Prædestinatione verba ità faciant, vt nulla rudi Populo detur erroris, scandalique occasio. Certum ne prænuncient Antichristi, iudicijque diem. De Passione Domini ad multam noctem ne dicant, sed sub occasum Solis, vel sub primam Noctis, lucente tamen Ecclesia, vel quód fortassè commodius accidet, die ipso Parasceues, siue feria sexta, orta luce. Sacra per illud temporis inter dicendum spectacula ne faciant, Nobis inscijs & non probantibus; ne ab ipsis graues exigantur pœnæ. Miracula ne vulgent, quæ probata non sint. Eleemosinas inter concionandum ne petant vel sibi, vel certis hominibus, Nobis inscijs. Confessiones, nulla á Nobis potestate facta, ne excipiant. Per quadraginta diale ieiunium in Diœcesi Nostra concionaturi tàm abeuntes quàm redeuntes, sese Nobis sistant, vt in abitu imperia, ac mo ita accipiant, vt in reditu doceant, si quid facto, consultoque opus fuerit in eorum salutem, apud quos concionati sint. Si secus fiat, Diœcesanos Nostros non amplius ascen-

dent in ſuggeſtus. Quia boui trituranti os alligandum non eſt, mandamus omnibus, & ſingulis, quorum ſit alimenta Concionatoribus apparare; vt ſuo tempore, quæ illorum ſit pietas, & charitas, ſolertèr exhibeant neceſſaria victui, Parochiſque vt in id non ſegnitèr inuigilent, ac prædictos moneāt, ſi negligentes in ſuppeditando neceſſario victu ſeſe præſtiterint; graues per Nos ferendas ab ipſis pœnas.

§ 4 Quò frequentiores videantur Conciones, laudabilis teneatur conſuetudo, vt, quo per Quadrageſimam tempore ſacris è ſuggeſtibus dicitur, officinæ ne pateant, Iudicia ne perſtrepant. Qui ſecus fecerit, pœnam aurei Noſtro Edicto vulgatam ſoluet.

Edict. 10. Feb. 1660

§ 5 Commúnibus, alijſque, ſi qui ſint, qui eligendi Concionatoris iure gaudeant, edicimus, vt, quem velint apud ipſos per dies Aduenienti Domino ſacros concionari, āte Sanctorū omniū celebritatē eligāt, ac nominent; quem verò per dies Maximo dicatos ieiunio, ante Epiphaniam. His terminis elapſis ſciant nominationes non eſſe admittendas, ſed ex Noſtra Paſtorali ſolicitudine idoneos à Nobis renunciandos eſſe Concionatores.

Sacr. Cong. Cōcil. 11 Mart. 1634.

§ 6 Quia Diuinæ prædicationi, Diuiniſque laudibus ſatis obluctatur Blaſphemia, ſanciendum exiſtimauimus, & ſancimus, vt de Blaſphemis grauiſſimæ capiantur pœnę, quas Sacri conſtituerunt Canones, quas Pius V. inflixit, quas Nos Edictis vulgauimus. Vt tantum ſceleris pro viribus eliminetur, Confeſſarij omnes Blaſphemiæ reos ſeueriſſimè caſtigent, pænas iam dictas grauiter intermināt̃es, ſi eo-

Conſtit. 5. quæ incipit. Cum primum.

rum ad Curiam deferantur nomina. In Confessione salutaribus pœnis impios hosce sontes nō leuitèr coerceant. Lusibus potissimùm dare operam prohibeant, à quibus plerunque conuicij in Superos eiaculandi ortum ducit occasio. Qui publicè Blasphemantem audiuerit, noueritque castigationem minimè profuturam, Curiæ Nostræ omninò deferat, ne lethalem noxam contrahat, pœnasque ad arbitrium Nostrum subeat. Si detulerit, annorum decem assequetur Indulgentiam, quam Leo X. concessit.

Iulius III. Constit 23. §. 2.

Iul. III. Constit 8. §.

Constit 7. §. 39

§ 7 A Diuina prædicatione non longè distat Sacrarum litterarum prælectio, quæ ex Tridentina Synodo habenda in Cathedralibus Basilicis est per Canonicum, qui Theologali præbenda gaudeat. Singulis igitur diebus Dominicis (excepto tempore, quo feriari licebit) sancitum volumus, vt, data Vesperis opera, editoque signo, de Materijs per Nos constituendis sacra habeatur prælectio, quæ si intermittatur, pœnę locum sortietur depositio fructuum apud sequestrem, aliæque ferentur pœnæ, quas indixit sacra Congregatio Concilij. Publicæ huic pręlectioni Pręsbiteri omnes Cathedralis Nostræ Chorali suo more induti assideant, Parochi omnes etiam Regulares, & Sacerdotes, qui confitentibus aures præbeant. Alios quoque Pręsbiteros, & Clericos in sacris maximè constitutos, in Domino cohortamur, vt intersint.

Sess. 5. c. 1. de Ref.

Cong. Concil. 11 Aug. 1619

§ 8 Vt Parochi, & Confessarij vberiorem eorum, quæ scitu necessaria sint, cognitionem indipiscantur, vt tàm ipsi, quàm Sacerdotes omnes, & Cle-

rici in Ciuitate coram Nobis, vel Vicario Noſtro Generali, in Diœceſi verò coram Vicario Foraneo, prima cuiuſlibet menſis die non impedita, vt pro more indictum fuerit, conueniant ad Congregationem caſuum Conſcientiæ, in qua tres proponantur caſus, ſorte eductis, qui diſſoluant, & reſpondeãt. Reſponſa Vicarij Foranei ad Nos tranſmittant, necnon & difficultates exortas, vt rixæ tollantur, quæ modeſtiæ cancellos tranſiliant. Qui, Nobis poteſtatem non facientibus, à Prælectione, & à Congregatione abfuerint, Si ſemel, Iuliorum trium pœnam exoluẽt; ſi iterum, ſex; ſi ſępius, ſingulis vicibus duplicetur, eiuſq. quarta pars in Congregationibus foraneis denũciatori numerabitur: Parochi Regulares, ſi vel tertiò defuerint, à Parochialis curæ officio ſint planè ſuſpenſi. Clericis non dabitur adſcenſus ad Ordines, & Sacerdotibus ad petitionem, & concurſum Eccleſiarum Parochialium, per teſtimonia fide digna non plenè docentibus ſe & Prælectionibus, & Congregationibus interfuiſſe.

Congreg. Epiſcop. 16 Mart. 1593

Ead Con. 11. Iulij 1610.

De Sacris Ædificijs, corumque cultu & veneratione.

TIT. IV.

NEC ipsos lateat lapides; è quibus, Deo nō minus, quàm homine & architecto, & fabro, Sacrę Deo AEdes tolluntur ad sydera, vt syderibus aliquandò mortales inserant, Cœli verè cum Patriarcha Portæ; Domum Dei esse Ecclesiam: A Deo ipso fides fit, qui Solymum templum á Dauide ædificandum, a Salomone filio nō audito, nō audiendo Sęculis splendore ædificatum, non semel Domum appellarit Domini, suam nempè Regiam hanc Domum; in qua ipse sedet. Regum Rex, non sanctitudo modo decet cum Psalte Regio, verum & decor cū Sapientissimo, cui quidem vel parando, vel seruando, excipite Vos, qui totos Ecclesiasticis vos ipsi addictos voluistis ministerijs, quæ Nos sancienda putauimus, & in praxim redigite. Genes. 28 Matth. 21 3. Reg. 3. Psal. 92 2. Paralip. 3.

§. 1 Vt igitur quàm decentissimè extruatur, extructaque Domus hæc Dei quàm religiosissimā á Christi fidelibus venerationem referat, nemo non caueat, Nobis iubentibus; qualis qualis sit, qualicunque vtatur obtentu, Ecclesias, Oratoria, Sacella, siue Capellas, Altaria, vel alia publica sacraque Deo AEdificia excitet, aut transferat, nisi data à Nobis, vel à Vicario Nostro Generali per scriptum facultate. Constet enim necesse est, quod congrua sit dos ad Concil. Trid. Sess. 25. de Regul. c. 3.

neces-

necessariam supellectilem, ad mercedem illorum qui illis ministraturi sint; quod ratio seruetur, & dimensio singularum partium, quibus structura idigeat. Pœnas non parentibus denunciamus, quas sacri Canones comminati sunt, aliasque, quæ pro culpa, proque arbitrio à Nobis imponētur. Iubemus propterea Rectores Ecclesiarum, in quibus vel quarum intra fines aliquid eiusmodi, Nobis non assentiē ibus attentatum fuerit, Nobis statim significent, pœna in negligentes dicta scutorum decem, suspensionis verò in consentientes, si Ecclesiastici sint, si sæculares, interdicti. In Ecclesijs autem, in quibus prædicta omnia seruata sint, decenti iam forma constructis, nemo sacra faciat anteaquam vel a Nobis, vel ab alijs, mandato Nostro benedictæ illæ fuerint. Qui secus faxit, arbitraria afficietur pœna.

§ 2 Altaria, quæ sua dote careant, Mappis, Pallijs alijsque necessarijs non sint decenter instructa, duplici facta monitione, primum in aliquod tempus suspendantur, inde diruantur. Quibus in Sacella, siue Capellas iuspatronatus sit, omnibus ornent, quæ ad sacra peragenda expetuntur: alias ius omne amittēt, & ijs attribuentur, qui ornauerīt, quibus indigeant. Ecclesiæ vel tēporis, vel aquarum iniuria aut, collabētibus proximæ, aut iam collapsę, siue aliqua ex parte dirutę, Parochiales in primis, per Rectores quàm primùm reparentur, iuuantibus ipsarum Ecclesiarum Beneficiatis, quorum subsidia si satis non fuerint subeant auxilio populi. Alioquin ex sacris Canonibus, & Concilijs consultum ibitur. Si quid detrimen-

ti è cuius-

ti e cuiuspiam negligentia Ecclesia ceperit, per fructuum subtractionē, aliaque ex iure remedia indemnitati occurretur, reseruata Nobis pro modo culpæ, vel negligentiæ facultate seuerius in negligentem animaduertendi, etiam per suspensionem à Beneficio.

§ 3 Frontibus Ecclesiarum præsertim Parochialium pingatur, vel sculpatur Diui, vel Diuæ Titularis imago cum inscriptione, Imago itidem Crucis figatur in culmine exterioris Ecclesiæ. Fenestræ ne pateant, ne hirundines, aliæq. uolucres Ecclesias coinquinent, neue Diuina garriendo interturbent, sed vitro, ferreisq. retibus, aut translucenti vel charta, vel tela obstruantur.

§ 4 Cum indecorum sanè sit, quod e Laicorū domibus sit i Ecclesias vel accessio, vel inspectio, neminē nō prohibemus, vel Patronum, ianuas aut fenestras habere vnde in Ecclesiam vel descendant, vel inspiciant, &, si qui habeant, occludere iubemus intra mensem, pæna, nisi pareant, irrogata aureorum quinque & viginti præter amissionem ædificij, ligni, cæmēti aut constructi, aut conuecti, quod quidem in Ius Ecclesiæ pleno iure concedat mense elapso eorum impensis obserentur. Congreg. Episc 5. Mart. 1619

§ 5 Oratoria, quæ ad vias, vel in campis sita sint, in quibus res Diuina non fiat, Altari omninò careant; si sit intra vnum aut alterum mensem diruatur: ianuis tamē vel cancellis ligneis vel muniantur vel mundā curentur a Parochis in quorum Curiæ finibus posita fuerint. Si vero sacra in eis peragantur, sera & claui

occlusa tempore duntaxat sacrificij recludantur.

Sess. 21. c. 7. de Reform.

§ 6 In loca, quæ ad Ecclesias spectent, tigna immittere, stillicidia ponere vel auertere, tenebras infūdere, aliáq; serui utē īducere liceat nemini vel quouis tēporis obtētu. Hęc autem interdictio quam omnibus, & singulis præsentibus indictam haberi volumus, declaret, vt declarat nullā ante hac quesitā esse præscriptionē; siquæ sit, Nostro hoc Decreto planè tolli, funditus deleri. Ecclesiarum Rectores, vel Patroni assensum in prædicta nulla ratione præstent (Nobis, quod tamen iustis de causis fiet, non annuentibus) curaturi potius, vt ab Ecclesijs, quæcumque detrimento sint, omninò ablegentur. Si quis non pareat, in pœnam scuta soluet quinquaginta, aliaq; patietur pro arbitrio, eaque grauiora.

§ 7 Cautum omnibus sit, ne qua ex parte diruant, vel perfodiant ædificiū, quod ad Ecclesiā pertineat, quodq. Ecclesię adhęreat, vel prætextu redigēdi ī melius, facultate a Nobis non impetrata. Campanæ quę tectis Ecclesiarum imminent, Parocho non permittēte nisi ex necessitate, ne pulsētur. Aureus à pulsante soluetur in ipsius Ecclesiæ vsū erogandus. Beneficia obtinētes in Ecclesijs, quæ casu dirutæ, & reparādo nō sīt Nos, saltē intra duos mēses monitos velint, vt ex Lege Tridentinæ Synodi in alias Ecclesias cum ijsdem & emolumentis, & oneribus transferantur. Aliás tandiù fructibus careant, quosq. prouideatur. Si ruinā minentur, nec reparentur, Parochi quorum intra fines constiterint, Nos petant, vt signif icēt decreturos, quid agendum.

8 § Cum Ecclesiæ ad fūdendas preces, ad ſacra peragendi, ad miniſtranda ſacramenta ſint cumprimis inſtitutæ mandamus, ac præcipimus, ne vlla circa Eccleſiam officina ſita ad paſſus triginta, pœna & artificibus, & Dominis impoſita ſcutorum quinque & viginti, alijſq. ad arbitrium. Vetitum ad hæc volumus, ne quis in Eccleſijs, vel ad Eccleſias garriat, inambulet, clamitet, immurmuret, conſilia de prophanis ineat, quo potiſſimum tempore Sacerdos ſacris fungatur. In Eccleſijs comeſſationes prohibemus, compotationes, tabularum ſiuè inſtrumentorum ſcriptiones, teſtium examinationes, Cadauerum recognitiones, quæ ne fiant, niſi in viciniores ædes aſportentur. Nullæ propè Eccleſiam ſint ad triturandum areę, nulla extendantur lintea, nulla retia. Eccleſiarum valuis prophana quęq. edicta, aliaq. eiuſmodi ne affigantur. Venale nihil proponatur in Eccleſijs, nullūq. opus fabrile fiat, pœnis ijſdem indictis. In Eccleſijs, vel Oratorijs aſſeruare liceat nemini frumenta, legumina ſegetes, & alia id genus, ac ſupellectilia, quæ ad Diuina non pertineant: Si contrafiat, loco pœnæ erit rerum amiſſio, quæ ibi inuentæ fuerint, præter alias pœnas, quas Noſtrum irrogabit arbitrium. Arbitrariæ etiam luentur pœnæ, ſi quis in ſacra eadem loca Canes, & Accipitres induxerit, haſtas fiſtulas ſiue ſclopos ſarcinas, etiam ſi ad Parochos ſpectent, & per illa non tranſeant. Nulla iuxta ſacram Deo Aedem ducantur choreæ, nullę pateāt Tabernę, nulla ſit animātium ſtabula. Nulla agantur ſpectacula, ludique nulli, è quibus clamores oboriantur, iurgia, turpiloquia, in

Pius. v. ann. 1566.

Concil. Trid. Seſſ. 22. de obſeru. in celeb. Miſſ.

C. relinqui de Cuſtod. Euch.

Cōgreg. Epiſc. 19 Mar. 1585

Deum,

Deum, Virginem, Diuósq. conuicia. Nullis canatur fidibus & crepitaculis. Cantus in Ecclesia pietatem oleant, nihilq. contineant, quam verba sacris e literis assumpta. Ecclesiæ pauimentum semel minimum in hebdomada emundetur. Parietes semel in mense a puluere expurgentur, & araneis, siq. nimium a sordibus nigreant, dealbentur. Per Ecclesias emendicet nemo, sed prӕforibus. Sacris in locis si quis turpia, & obscæna protulerit, damnamus aureis decē; si perpetrauerit, quinque & viginti, pœnisq. durioribus multabitur pro rei grauitate.

§ 9 Qui altaribus, Baptisterio, aquę lustralis labro innitantur; Qui in altaria pileos deponāt, pallia, aliaq. huiusmodi: Qui in templorum ianuis animi gratia subsistant, & otiabundi: Qui augustissimæ Eucharistiæ terga vertant: Qui ad priuata sacrificia, si quæ non coegerit necessitas, nunquàm vel non stent, vel non sedeant, vel altero tantum genu procumbāt, si moniti sese non composuerint, aureum in Ciuitate exoluant, iulios tres in Diœcesi, qui in Ecclesię vsus insumantur, tertia parte delatori sepofita.

§ 10 In Ecclesijs, quoad eius fieri possit, viri secernantur a fęminis, quæ caput tegant. Si nudato capite, vel ornatę nimium ad sacra mysteria accesserint, a ministrantibus ne admittantur. Ecclesiarum pauimenta ad humandā cadauera ne soluantur, inferendá, si Tumuli desiderētur, vel Tumbis lateritijs, vel cęmeterij; Qui contra fecerint, tria pendāt scuta. Nulla per Nos facultate data Sepulcra ne construantur, si quę construenda sint, iusto ab Altaribus interuallo

1 Cor. 11.

disiun-

disiungantur; Epigraphę, siue inscriptiones ne apponantur, ac Familiarum insign ia Nobis non annuentibus. Cadauerum monumenta, quæ e solo promineant, tollantur prorsùs. Cœmeteria, quibus e medijs veneranda exurgat Crux, ligneo saltem vallo ità circũdentur, vt nulla ex parte Belluis aditus pateat, nullique sint ad prophana vsui. Si contrà fiat, pœnę dabuntur ad arbitrium, quæ & luentur, si fores Ecclesiarũ prĕterquam interdiù patefiant; imò sacris peractis, ad Vesperas vsquè claudantur. Per noctem in Ecclesijs immorari detur nemini. Super Capellas, in quibus sacra fieri soleãt, nocturnę quieti nemo indulgeat. Quò religiosius Christi fideles Templa celebrent, festis diebus Parochos sæpiùs perlegentes audiant Bullam Pij V. in fine apponendam. Ann. 1566.

§ 11 Ecclesiastica licet immunitate gaudeant, qui ad sacra Deo loca salutis gratia confugiant, vt inde extrahi nulla ratione possint, & extrahentes, tangendi in pœnam necessariò sint Anathematis fulminę, etiam in casibus exceptis, nisi id fiat, copia a Nobis obtenta, ac seruatis seruandis iuxta Pontificias Constitutiones, ne tamen Ecclesię vilia scelestorum, captum Asyla fiant, Rectoribus, Custodibus, Prępositis, secularium et etiam Sodalitatum Prioribus mandatũ volumus, indicta scutorum sex pęna, tertia quorum pars deferenti numeranda sit, ne, data opera, in eas, eisq. cohærentes Aedes Curiæ contumaces admittant, criminosos, exules, neue detineant. Qui verò ad Ecclesiã, Parochis inscijs confugerint, vltra triduũ ne commorentur; imò continuò Nos moneant, vt Gregorio XIV Constit. 7 quæ Incipit. Cum alias

quicquid agendum in singulis casibus fuerit, salua Ecclesiastici nominis immunitate, decernamus.

De Sacris Imaginibus, Miraculis, Reliquijs & Indulgentijs.

TIT. V.

CHristianis è tabulis, & picturis quantum res Catholica vtilitatis percipiat, nemo pro digni-
Greg. c. 7 ep 109 tate exprimit. Pontifex cognomento Magnus rudem, imperitamq. Plebem per ipsas, perindè ac libros, & codices docuit institui. Nissenus Antistes experimen-
Greg. Nis. Orat de Deitate fil. & Spir. San. to ipso nouit, Orthodoxas per Icónes Pietatis igniculos subijci, lacrimasq. exuri. Sacras effigies ad rerum
Basil. Hom. in Barlaam. prèclarè gerendarum imitationem stimulos Christi fidelibus addere, auctor fuit Magnus inter Grecos. Curæ propterea numquàm non fuit Concilijs, Synodisq. ea præcipere, per quæ sacris imaginibus & concilietur Religio, & tollatur vanitas. Et Nos de illis, quæ necessaria duximus, sancita hoc titulo volumus.

§ 1 Nullæ igitur vel pingantur, vel sculpantur, vel imprimantur sacræ imagines, quas indecòri fœdèt, turpesq. ornatus, & alia omnia, quæ situ, gestu, forma Christianæ obuiam eant honestati. Nulla siuè Sanctorum, siuè Dæmonum effigies ad quem ad viuum ex industria referat. Cum sacris literis, cum certis Historijs, cum primæuis traditionibus, cum Catholicis legibus

Imagines conueniant, vt nihil inordinatũ præferant, præpoſterum, prophanum. Animalia ne coloribus exprimant Chriſtianæ imagines, niſi ad ſacram faciunt Hiſtoriam. Quò facilius hæc ſeruentur omnia, mandamus, vt inſolitæ imagines nuſpiam proferantur, venerandę nunquam proponantur, niſi à Nobis, vel á Vicario Noſtro Generali approbatæ fuerint, & pro more benedictæ: Alioquin pingentes, proponentes, proponi permittentes in pœnam ſoluere cogentur decem aureos, & præter ipſarum imaginum abraſionem, vel ablationem, pœnæ etiã ſpirituales infligẽtur.

§ 2. Sacroſanctæ Crucis ſignum, quod ſumma omnibus veneratione proſequendum eſt, in ſolo nunquam deſignetur, ne pedum obteratur veſtigijs, quę, Dalmata Sanctiſſi no teſte, *Regum purpuras, & ardentes diadem itum gemmas patibuli ſalutaris pictura condecorat*. Neć in parietibus ad ſordes prohibendas pingi volumus, quæ potius & dignius animo depingenda, vt, quod aiebat Africanus ſol *ſine macula ſit & ruga*. Tabernis & potiſſimùm Cauponarijs, & Vecturarijs pro ſigno Crux ne ſit. Sicubi fuerit, amoueatur quamprimum, ne graues ſubeantur pænę, quas ad arbitrium irrogabimus. Quà verò frequens vltrò, citròq. commeãtium ſit tranſitus, mos non illaudatus erit, ſi Cruces erigãtur vel ligneæ, vel lapideæ.

Hieron ep 7 ad . ſtam.

Aug Ser 2 in Dñ pri. poſt Epip.

§ 3 Truncæ, attritę, corroſę, & caſu aliquo deformatæ imagines priſtinæ, ſi fieri poſſit, reddãtur cõcinnitati intra duos menſes. Si ità perierint, vt reuiuiſcẽdo non, ſint pietatiſq. ueſtigium præſe non ferant, Nobis conſultis, deleantur, uel igni abſumantur, cine-

resq. fessulis subtus altaris pauimentū demādentur.

§ 4. Sacræ Diuino Numini Aedes prophanis Imaginibus, sic volumus, sic iubemus, nūquam exornētur quę singularium faciem repræsentent siue virorum, siue mulierum; Votiuas inter Tabellas ne admittantur, & si admissa fuerint, planè amoueantur obscæna donaria, & Aulæa, vel peristromata fœdissimis distincta picturis, & Tabellæ, quæ actus exhibeant modestis, honestisq. moribus non consonos. Oblata, aut circa Imagines pendentia, ne permutentur, ne venum eant, non a Nobis impetrata facultate: Si aliter fiat, arbitrariæ exigentur pœnę.

§ 5. Notum omnibus esse iubemus Decretum sacrę Congregationis Sanctissimi Officij Vrbano VIII. summo Pontifice, editum, quo veitum voluit, ne quorumuis Christi fidelium, etiam si vita cum raræ sanctitudinis fama functi fuerint, capita cum laureolis, radijs, ac splendoribus aut pingantur, aut fingantur; Imagines in venerationem vllo pacto proponantur; Tumuli Tabellis, donarijs, ac luminibus illustrētur, priusquam Beatorum in Senatum adsciti fuerint. Contra facienti pęnas indicimus, quas Decretum intentat Informationes de cuius dā vel Sanctitate vel Miraculis caueant omnes ne typis ... ne scribant: Episcoporum partes hę sunt. Si quis miracula reuelauerit, Ecclesiarum Rectores, vel Sacrariorū Præfecti secrete ò excipiant, & ad Nos quam primum transmittant, cum expressa protestatione quod reuelationes eiusmodi non faciant vllum probationis gradū etiam per longissimi temporis decursum, ex Decretis quę infra af-

ferentur

ferentur in medium, sacræ Congreg. Rituum. Noua miracula nemo in Vulgus efferat, nisi fuerint Nobis & cognita, & probata. Si ad piam aliquam Imaginem plurima deferantur munera, Oblationes, Tabellæ, Rectores Ecclesiarum monitos Nos velint, si Sæculares, priuationis earundem rerum oblatarum, si Ecclesiastici fuerint, suspensionis pœnam, si contra faxint, subituri; ità tamen, vt, quæ oblata sint, propria sibi ne habeant, sed exequenda curent, quæ iniuncta a Nobis fuerint, iisdem, ne pareant, pœnis futuri haud dubiè obnoxij.

§ 6 Sanctorum Reliquiæ, quæ quantillæ sint, dummodo autenticæ, ea ipsa credendæ sunt valere vi, ac virtute, qua quidē integra ipsa valuerūt corpora, quæ Hipponēsi Antistiti dicta nō immeritò sūt mēbra Christi, dignissimę sūt quas quā maxima cū religione veneremur Ecclesiarū propterea Rectorib⁹, qui iuris Nostri sint, mādatur, vt, cū certæ, ac probatæ de more cēseantur esse, nitidis, tutisq. in locis, quæ a Sanctissimæ Eucharistiæ Sacello disiuncta sint, illas asseruent, ligneis vndiq. septis claudant serico purpureoq. stragulo imposito, ad dexteram collocent Aræ maximæ, vel alibi cum decore, suis inscriptionibus Cartæ pergamenæ traditis, quæ, si vetustas exederit, renouentur. Condat Sanctorum pignora clauis duplex, quarum altera apud Parochum, vel Ecclesię Rectorem custodiatur, altera verò in Archiuio Episcopali, vel penes aliquem a Nobis eligendum. Si in nonnullis Ecclesijs esse consueuerint apud Laicos, tertia tamen apud Nos deponatur. Qui contra fecerint afficientur pœ-

Theodoret. lib. 8 de Marc.

Aug. de Eccles. dogm. c. 73

nis, quas Nostrum imponet arbitrium.

§ 7. Ossa Sanctorum nemo radat, vt ramentum ægris cum potione ministretur. Ad Aegros ne deferatur cuiusuis sint generis, Reliquię Nobis non assentientibus, ne auferantur, ne donentur, ne distrahantur, ne transferantur. Non obedientes tanget Anathematis fulmen. In veneratione proponendas condecentibus thecis, nitentibusq. vasculis inclusas Sacerdos exhibeat. Pijs petendæ osculis ne extrahantur. Iuxta illas arculæ eleemosinariæ ne locetur. A Laicis, ne sacris interdicantur, nemo attingat. Idem & Monialibus vetitum. A Sacerdotibus tantum contrectentur, quos superpelliceum cum stola induat; si Sacerdotes absint, à Clericis, qui in Sacris constituti sint, quosq. superpelliceum amiciat. In Supplicationibus, siue Processionibus à Sacerdotibus circumferantur, quos pluuiale, quod vocant, vestiat; ità tamen vt siuè exponendis siue recondendis religiosa turificatio adhibeatur. In singulis Ecclesijs, si ibi asseruentur, illarum index publicè legendus pendeat, indicatis tabulis, siuè scripturis, vnde comperiantur omninò veræ non adulterinę. Indicis integrum exemplar intra mensem ad Archiuium Nostrum transmitti volumus, ne arbitrariæ de inobedientibus sumantur pœnæ. Sanctorum corpora amiculis, quę colore Ordini illorum consonent, obuoluantur, laminaq. siue tabula ænea, quę ipsorum nomina cõtineat, cum ipsis includatur, prælucente lampade, vbi magna non excuset egestas. Sacras reliquias fœminæ ad ornatum ne deferant.

Cong. Episc. 17 Decemb. 1501

§ 8 Certæ ne putentur Reliquiæ, neuè tamquam certæ in venerationē proferantur, nisi probatæ à Nobis fuerint; si quæ sint vel incertæ, vel anonimæ, seorsim asseruentur, neuè exponantur. Antiquæ, in qua sunt veneratione, seruentur. Nouas nemo vel Regularis venerandas proponat, quas potestas Nostra non agnouerit, non probauerit. Quos nuncupamus, Agnos Dei a Summo Pontifice consecratos, vt cādore gaudeant, Anathematis gladio suffodimus, qui minio tinxerint, qui auro induerint; qui colorem induxerint.

§ 9 Indulgentiarum thesaurus, quas D. N. I. C. Ecclesiæ sponsæ fuit elargitus, factá potestate & reserandi & impertiendi, ne quid ad salutem desideretur, custodiendus quam sanctissimè est. Quantum valeant Pastores sæpius Gregem edoceant, quiduè agendum dignè assecuturo. Ne minus dignè dispensetur; præcipitur omnibus, etiam Regularibus, qui Indulgentias ab Apostolica Sede impetrauerint, ne vulgent, ne imprimāt, dum per Nos non liceat, & per Recognitores Nostros, á quibus sit etiam testimonium, summaria cum fide transumpta. Si quis sanctioni temere obstiterit, aureis mulrabitur quinq. & viginti.

§ 10 Promulgandæ per Diœcesim Indulgentiæ præter iam dictam & recognitionē, & probationem, Vicarijs quoq. foraneis locorum exhibeantur, in quibus vulgandę sint, monimento apud se seruato. Vt verò Indulgentiæ in Diœcesi promulgatæ non ignorētur, iubemus Curiæ Nostræ Cancellarium recognitas in librum referre, qui in Cancellaria asseruetur, doceatq. cuinam loco, & in quantum tempo-

ris concessæ fiat. Cum tandem quæstus omnis illaudatus ab Indulgentijs procùl amouendus sit, quæ Christi, Deiparæ, Diuorumque merita complectuntur, statuendum ducimus, & statuimus, vt Apostolicæ literę, per quas concessę sunt, nequaquàm apponātur, vbi colligi soleant elemosinæ, sed ad Aram, vel alibi, & quidem non indecórè, vt lecturis pateant.

De Immunitate Ecclesiastica Deque Ecclesiasticis bonis non alienandis.

TIT. VI.

QVamlanctè, quàm augustè Augustissimus ille Constantinus, cui afflante Christianæ Religionis Numine, compertissimum fuit, Ecclesiastico ministerio addictos diuino, humanoq. iure à laicalibus imperijs, & oneribus immunitate frui, compellante de illis rem sæcularem Vate regio verbis illis *Nolite tangere Christos meos*, Cæsareæ Maiestatis præsentis opem, vt grauissima componeret dissidia, implorantibus Nicænę Synodi Episcopis *Ite*, inquit, *& inter vos causas vestras disponite, quia indignum est, quod iudicemus Deos*. Ecclesiasticos laicalis nulla premere potest potestas, vt quam diligentissim è

Psal. 104

Bernardi Ser. Serm in fer. 4 Dom. 1 Quadr.

ſimè operam diuino impendāt obſequio.

§ 1 Laicalibus propterea Noſtra in Diœceſi magiſtratibus cuiuſcumque ſint Ordinis, & Dignitatis, edicimus, ne quæ vel edicta, vel ſtatuta contra Eccleſiaſticam immunitatem, libertatemq. condant, conſuetudines inducant ea ſeruanda curent, ex ipſis iudicia ferant, conſilium, auxiliumque directè aut indirectè præſtēt, Clericos moleſtijs affiictēt, quouis incōmodo ī bo is ī iuribus, actionibuſq. afficiāt, atq. in primis cogāt vectigalia, pedagia, collectas, ſiue focularia, aliaq, huius gener isperſoluere, pœnaexcommunicationis indicta, qua de meminitBulla in Cœna Domini, àqua nec abſoluendi ſint, niſi, quæ prēter ius faſq. exegerint, reddita volueri t, ſatiſq. plena manu fecerint.

§ 2 Literas, edicta, vel precepta, quæ per Nos, Vicariumq, Noſtrum Generalem tranſmiſſa ſint, vel relaxata ad tuendam Eccleſiaſticam libertatem, Noſtræq. Iuriſdictionis poteſtatem, Magiſtratus omnes, Gubernatores, Tabelliones, alijq. Iuris ſæcularis adminiſtri venerabundi excipiant, obſeruent, executioniq. mandent, & ad id nihil non fauoris præſtent, & auxilij, ſi muneri ſuo defuerint, pœnas cenſuri, quæ inEccleſiaſticæ immunitatis violatores coſtitutæ ſint Ijſdem mulctabūtur pœnis omnesNoſtrę huius Diœceſis Magiſtratus, qui vel per ſe, vel per alios familiaribus Noſtris, Ditioniq. Noſtræ ſubiectis negocium exhibuerint, ſuumq. in Forum, ac iudicium pertraxerint, Tabell o es, Nuncios, alioſq. Curiæ noſtræ Miniſtros quoquo pacto detinuerint, vel prohibuerint, quò minus mandata Noſtra, etiam verbo tenus

exequan-

exequantur, suũq. munus liberè exerceant. Cum bona etiam Ecclesiastica eadem gaudeant immunitate, libertateque, precipiendum ducimus, quod & precipimus, vt si quando de bonis eiusmodi, vel Emphitheoticis, siue alterius generis, etiam quæ cum Secularibus communia si t, lis oriatur & controuersia, eaq etiam excitetur inter Laicos, nemo sæcularia adeat iudicia, sed ad Episcopalem Curiam causam deferat. Si contra fiat, acta in pœnam declaramus nulla fore, & irrita, scutaq. quinquaginta dependenda, aliasq. etiam corporales pœnas dandas ad arbitrium.

§ 3 Quia bona Ecclesiastica, quorum libertatem iam diximus omnino sustinendam, seruanda omni studio sunt, nec vlla ratione distrahenda, cum Clericis in illa dispensationis ius sit, non dominij, sacris inhęrentes Canonum legibus, Beneficiatis omnibus precipimus, & Ecclesiarum, Monasteriorum, piorumque locorum Administratoribus, Oeconomis, Curatoribus vt nullo pacto, bona qualiacumq. sint, & qualitercumq. ad Ecclesias, locaq. antedicta pertineant, vendere, alienare, dono dare, permutare, obligare, feudi titulo addicere, in Emphitheusim concedere, vltra triennium elocare, de illis transigere, nō data per Sedem Apostolicam facultate, vel per Nos in casibus à Iure permissis, audeant. Si Lex contemptui fuerit, censuris erunt, ac pœnis adstringendi, quas sacri ipsi Canones sancitas voluerunt. Declaramus autem nec licere ad triennium elocare cum pacta renouatione, vel anticipata, quod loquũtur, solutione. Hęc enim irrita sunt, ac nulla, & Successores non obstringunt.

Aug. ep. 56

Extrauag. ambitiosæ de reb. eccles. non alie.

Conc. Trid. ses. 25 c. 11 de reform.

§ 4 Cum

§ 4 Cum sæpius, prætexti locationis bonorũ aliquot Ecclesiasticorum in longum temporis spatium non paucę struantur fraudes, Prędecessorum Nostrorum Decreta innouantes mandamus, vt si bona prædicta, exacto iam Locationis tempore, sint ad Ecclesiã deuoluta, & per annum detenta, ipsiq. quod aiunt, planè incorporata, ne amplius ad longum tempus locationi dentur, non seruatis, quæ necessarię sunt, solemnitatibus. Si tempus exactum nõdum sit, ne prorogetur. Prorogatiões enim nullius erunt momenti, nec à Successoribus admittentur, &, qui concesserint, pœnas ferent, quę in alienantes bona Ecclesiastica sancitæ sunt. Synod. Card. Lant. 17 Oct. 1611

§ 5 Vt ipsę locationes, vel pretextu, quod bona locari sint solita, cautius contrahantur in posterum, statuimus, vt nemo locet, Nobis nõ permittẽtibus, qui maturius expendemus, an ita sese res habeat, an causa, ipsaq. sit, vt meliora fiãt, quę, si nulla sit, locationes, Emphytheoticiq. contractus nulla ratione peragantur; eapropter nulla de ipsis locationibus instrumenta conficiantũr, nisi de facta à Nobis potestate constiterit, quæ illis inferatur. Imò, quoties de Ecclesiasticis locationibus perscribenda sint, iniungatur id oneris vni duntaxat Curię Nostræ Cancellario, cuius partes sint, alienationes omnes Codici, qui in Archiuio Episcopali asseruetur, tradere, quò facilius reperiantur. Si quis non paruerit, nulli sint contractus, nullæ locationes, pœnæque capientur pro arbitrio.

§ 6 Cum bona Ecclesiastica, si in eorum manus deuene-

deuenerint, qui aliqua Rectori affinitate iungantur, in proprium illorum migrent ius, facta quodammodo cum eis communia; siq. Potentibus, ac Patronis concedantur, ad Ecclesiam difficillimè reuertantur, silentibus vtrobiq. Rectoribus, qui contradicere negligunt, vt inde nullo negocio bona Ecclesiastica inuadi, & occupari consueuerint, Iubemus omnes, & sigulos qui bona ad Ecclesias spectātia vel obtineāt, vel administrent, ne minimum quidpiam affinibus, cognatisq. suis, quorum bona Ecclesiasticis præsertim adiaceant aut Potentibus, & Patronis locare, vel administranda dare, nisi expressè per Nos liceat, indicta contra facientibus pœna scutorū quinquaginta, quarta parte accusanti seposita, prętér nullitatem cuiusuis conuentionis quæ fieret. Si quando in posterum, Nobis assentientibus, bona huiusmodi locanda sint, ad Instrumentum nullatenus deueniatur, nisi innotuerint confinia, vocabula, mensurę, situs, nec non & aliquod signum in bonis prędictis, quod ex arbitrio Nostro pendeat, & promissio conductoris, se in annos singulos, limites, & fines cōsignaturum. Alioquin Instrumenta, iureiurando licet firmata, clausulisq. quibusuis munita, nullius roboris, ac ponderis esse volumus.

§ 7 Catastrum, vt loquuntur, bonorum Ecclesiasticorum, in Nostra Cancellaria asseruatum, cum in multis deficiat, sitq. à longo temporis tractu immutatum adeò, vt censeatur propemodùm inutile, & re ipsa innouationem postulet, iniungimus Beneficiatis omnibus, Beneficiorumq. Rectoribus, Administra-

toribus

toribus, Occ̄onomis, alijsq. ad quos spectet, vt intra annum prædiorum, bonorumq. omnium, adhibitis, si opus fuerit, peritissimis locorum, fines lustrent, limites apponant, si deperierint, dimensiones studiose describant cum finibus, & vocabulis, & ad Nostrã Cancellariam transmittant; quæ omnia vigesimo quoque anno renouent. Si secus faxint, mediam quotannis fructuum partem amittant, donec rei contumaciæ fuerint. Si quo studio, metu, odio, præmio adducti passi sint ecclesiasticis bonis damni aliquid importari, Sæculares interdicti, Ecclesiastici suspensionis pænam ipso facto sentiant.

§ 8 Arbores frugiferas, & virides in Agris ad Ecclesias pertinentibus consitas, licet ad ariditatem tendere videantur, cædere numquam liceat, inutilibus exceptis, quæ necessario, moderatoq. ministrorum vsui inseruiant. Si quid necessitatis, vel vtilitatis vrgeat, Nobis significetur, vt dijudicemus, scriptoq. comprobemus, ita tamẽ, vt cęsis sufficiãtur tres, aut quatuor. Id quidem de Syluis cæduis non intelligimus, modò opportunè cædantur, vel decerpantur, Nobis præmonitis. Si quis contra audeat, damnabitur dupli. Eedem in illos capientur pœnæ, qui ædificij ad Ecclesiã spectantis iam diruti, cæmenta vel diuendant, vel distrahant, nisi id fecerint, Nobis consultis & permittentibus, ad meliora construenda.

§ 9 Bonourm Ecclesiasticorum conseruatio cum ex Inuentarijs, Indicibusq. potissimum pendeat, & Nos incuriæ reos faciamus non paucos, qui in adeundis Beneficijs iurati, iussique in Visitatione Indi-

cem conficere, & ad Nostram Episcopalem Curiam transmittere, id tamen executi non sunt, facto sibi, & successoribus detrimento, præcipimus volumus Beneficiatis omnibus, & Ecclesiarum, Monasteriorum, Confraternitatum, locorumque piorum, & Montium etiam frumentariorum Rectoribus, & Administratoribus, vt intra duos menses, ex quo die Nostræ hæ Constitutiones in lucem prolatæ, manibus teri poterunt omnium, numerandos, bonorum omnium, & singulorum tam mobilium, quam immobilium, iurium, annuorum censuum ad prædicta loca quauis ratione pertinentium apographa, siue inuentaria duo, seruatis de iure seruandis cum fide, & solemnitate cõficiãt, vel cõfecisse se doceãt, quorũ alterum apud se in locorum vsum retineant, alterum ad Cancellariam nostrã deferant. Si quis imperium neglexerit, exuetur media parte fructuum, qui percipiantur è bonis quorum confectum non sit Inuentarium. Idem seruandum ab alijs piorum locorum Administratoribus temporarijs qui administrationem ne suscipiant, nisi accepto bonorum Indice, quæ administranda sint, cautioneque data, se descripta bona fideliter custodituros, eademque, elapso administrationis tempore redituros.

§ 10 Quoties Parochialis Ecclesia vacauerit, ne quid bonis mobilibus fiat iniuriæ, Parochus vicinior statim de obitu Comparochi Vicarium foraneum certiorem faciat. Is ad vacantem sese conferat Parochiam, & accitis Massarijs, quos vocant, Loci, vel saltem pijs duobus viris Inuentarium exaret mobilium,

ſcriptorumq. omnium, quæ ad Eccleſiam ſpectent, recuperatis ijs, quæ apud Hæredes fuerint defuncti. Omnia penes aliquem deponat, cuē fides commendet, & facultatum copia nemini, tradenda, non facta a Nobis per ſcriptum poteſtate, ſi contēpſerit, pœnas non effugiet, quæ ad Noſtrum imponentur arbitrium.

§ 11 Ne domorum, aliorumq ædificiorum, quæ ad Eccleſias, vel loca pia attineant iure ſaltem directo dominij memoria vllo tempore intercidat, Rectores, & Adminiſtratores curent ſignum aliquod frontium parietibus apponi quo indicetur proprietas. Cum aliquid pecuniæ ad pia loca pertinentis fœnori dandum ſit, ea de re nihil agatur, niſi Noſtro præcurrente permiſſu. Alioquìn, ſi quid actum ſit, nullum volumus, & ſcuta decem exigentur in pœnam. Si quando cenſus creandi pijs locis fuerint, conditio ſemper appingatur, vt quolibet biennio nouus legatur fideiuſſor. Pecuniam vel per alicuius interpoſit onem in cenſum accipere pijs locis ne liceat ſine Noſtro aſſenſu. Si quis contrafaciat, ſciat nullam fore obligationem, qua ſe obſtrinxerit, aliaſq. laturum pœnas, quas pro arbitrio irrogabimus. Vt omnes pœna abſterreat, qua mulctatos vult Tridentina Synodus, qui bona Eccleſiaſtica iniuſtè occupauerint, a Parochis primo die Dominico tam Aduentus, quàm Quadrageſimæ inter Miſſarum ſolemnia altiori voce Synodi ipſius Decretum recitetur, Seſſ. 22. C. vlt. de Reform.

§ 12 Quæ piè relinquētur inter bona Eccleſiaſtica

recenseantur. Vt autem impleantur, quę piè legata sint, enitendum quam maxime est, asserente D. Gregorio, damnandum esse sacrilegij, qui, quæ Ecclesijs per Vita functos relicta sint, impiè retineant. *Regist. lib. 3. ep. 4.* Ne quid ea in re perperam fiat, vtq. per Nos saluti consulatur omnium, præceptum expresse volumus Notarijs, & Parochis, vt post mensem, quam testamenta, aliasq. vltimas voluntates rogati scripserint, & legantium mors pia legata, firma rataq. fecerit, vel si qui sit inter viuos confectum eiusmodi, ne lethalis culpæ Nobis reseruatæ pœnam, quam non obedientibus hic loci indicimus, subeant, ad Nos omnia perferât, vt, cũ certo Nostræ Cãcellariæ Codici mandata fuerint, nihilominus compellamus, vt satis suo faciant muneri. Hinc, eadem pœna indicta, præcipitur, ne piarum dispositionum executio vltra annum protrahatur Vbi tamen executioni nullũ fuerit tempus á Testatore præstitutum, si quid cum hæredibus compositum de Legatis pijs fuerit, Nobis non annuentibus, irritum omnino sit. Pœnas tamen arbitrarias comminamur ijs, qui, Nobis inconsultis, pia legata vel accipiant, vel reijciant.

De Di-

De Diuinis Officijs.

TIT. VII.

CVM diuino diuina officia proximè incumbãt ministerio, tantoq. olim exculta fuerint studio, vt diuinæ, nocturnæq. Psalmodiæ in momenta, ne dum in horas daretur opera, testibus Abbate Claręuallensi de Monasterio Lexouiensi in Gallia Celtica, Episcopo Turonẽsi de uiennensi in Gallia Narbonẽsi, & alijs, de alijs Monasterijs, & Ecclesijs, in quibus diù noctùq. vel per Monachos, vel per Clericos diuinarum laudum præconia intermitti numquam consueuerunt, ipsa diuini cultus ratio exigit, vt quam accuratissimè, & quam decentissimè diuina in sacris Deo locis tractentur, ne quid Deo illi afferatur iniuriæ, cui sunt per Ecclesiasticas leges sapienter, & religiosè instituta. De illis igitur, quæ sequuntur, sancienda, diuino afflante spiritu, censuimus.

Bernard in S. Malachia.

Greg Hist frãc. l. 4 c. 6. [illegible] apud Surium. Niceph H. E. l. 3 c. 13 fulbert in S. Aichardo

1 § In persoluendis Horis Canonicis, alijsq. sacris Officijs tam in Nostra Cathedrali Basilica, quam in alijs Ecclesijs, in quibus quotidiana diuinis expediẽdis laudibus opera impẽditur, leges omninò seruẽtur, quæ in Choro seruandæ sunt, & aliàs à Nobis traditæ. Nulla misceantur inter Deo modulandum colloquia. Nullo risu, actuq. minus modesto res diuina interturbetur. Nullus sit somnus, nulla oscitatio. Mens, oculusq. ne diuagentur. Minus decenter stet nemo, nemo sedeat. Plicentur decore manus. Pes

Cerem. Ep. lib. 1 c. 5. Cõgr. Episc. 18 April. 1617.

ne imponatur pedi. Ne diuaricentur tibiæ. Nullus in leuandis, ac demittendis sedibus fit strepitus. Nemo immodestè innitatur Subsellijs. Literę, aliaue id genus ne legantur. E libris, vel Breuiario, vel Diurno, alijs canentibus, nihil priuatìm recitetur. Cum reliquo Choro alta voce canatur, verbis distinctè clarèq; prolati, seruata inter singulorum Psalmorum versiculos interquiete, quam vulgó pausa. Versiculus, absoluto versiculo, concini incipiat. Nemo in stallo non maneat suo Chirothecas nemo induat. E Choro ne exeat. In Chorum Laicos ne accersat saturus colloquia. Ante signum datum ne discedatur, nisi prçmo ito, qui in Choro dignior. In Choro, in Ecclesia, in Sacrario suspensione ipso facto multetur, qui Tabachum sumat. Nemo, stãtibus alijs, nisi necessitas aliud exposcat, aut sedeat, aut flectat genua. Omnes vniformiter, vt aiunt, diuinis officijs assideant. Assurgente Canonico, vt aliquid obeat, quod ad commune spectet munus Chori, exempli gratia, præcenturus Antiphonam, assurgant omnes ex vtroq. latere ipsius Chori. Si quis aliqua in re deficiat per Magistrum Chori (cuius partes sustineri volumus a Canonico, quà caput Chori) perbenignè admoneatur. Huic Magisterio tanta sit grauitas, vt & verbis, & nutibus significet, quid agendum sit, ea stulq. si honor, vt nemo non pareat. Chorum ingressuri talares vestes induant, Superpellicea, Bireta, aliaq. pro more insignia deferant, stataq. hora è Sacrario bini procedant silentes. Ad quos spectat, parent prius omnia, ne inter psallendum hæsitari vel momentum

possi.

poſſit. Digniſſimus in Choro ſignum daturus cum Offi-
cij, & inſtituendi, & iam abſoluti. Diſceſſum præcur-
rat precatiuncula aliqua. Chorum ingrediens,
inchoato Pſalterio, genua ad Aram flectens tantiſper
oret; inde ſurgens Aram veneretur, & Epiſcopum,
ſi adſit, & ſalute dicta Canonicis, alijsq. cir-
cumſedentibus, qui tunc tantummodò aſſurgant,
& reſalutent, ſtantes donec in ſedem aſcendat. Ca-
nonici tamen Collegis tantùm aſſurgant. Si
quis adueniat dum concinatur vel *Deus in adiuto-
rium*, vel *Gloria Patri*, vel Hymnus, & recitatur Id lib. 1 c. 18.
Collecta, aut Euangelium in Miſſa, ſtans finem ex-
pectet, & quos debeat, reueritus, locum petat ſu-
um. Pileolum in capite, vnde Biretum depoſuerint,
gerant duntaxat ij, quorum valetudo illud exigat,
excepto tamen tempore, quo recitentur Colle-
cta, Capitulum, Lectiones, quoue in Miſſa ſolemni-
ter aqua vel aſpergant, vel aſpergantur luſtrali; Thus,
paciſq. oſculũ vel dẽ, vel accipiant; Chriſti corpus au-
guſtiſſimũ, vel tollatur, vel miniſtretur, vel deferatur;
aut in Choro decantetur, *Et Incarnatus eſt*, vel in
Euangelio legatur *Verbum caro factum eſt*; & tan-
dem in Supplicationibus bene Populo dicitur per
Sanctorum Reliquias. Qui in prædictis offenderit,
præter alias pœnas, quas dabit tamquam abſens à
Punctatore, vt vocant, notetur, quem Synodus, vel
Capitulum elegerit, iureiurando dato ſe cum fide fũ-
cturum ſuo munere, & negligentię nota compunctu-
rum, qui in Matutino poſt Pſalmum *Venite* in Horis
poſt Hymnum, in Veſperis poſt primum Pſalmum,

in Com-

in Completorio post Versiculum *Conuerte*, in Missa post nonum *Kyrie* non fuerit ingressus.

§ 2 Vt cum Ciuitate, in Diuinis celebrandis, Diœcesi conueniat, volumus, vt in singulos annos Kalēdarium construatur, quod Tudertinę Ecclesiæ proprium sit, quodq. Deputati recognoscāt, Nobisque probantibus prælo tradatur ante Kalēdas Decēbris, emantq. sibi, quibus Diuinum Officium recitandum omnino sit, pœna aurei non ementibus indicta, addimusq. pœnā quoq. á Nobis irrogandā ijs, qui Kalendarij ī lucē editi vel in re minima ordinē permutauerit.

§ 3 Sacri Ritus in functionibus Ecclesiasticis seruentur ità, vt nulla ratione imminuantur, & violentur, quæ per Rubricas Missalis, Breuiarij, Ritualisq. Romani, per Cæremoniale Episcoporum, per declarationes Congregationis sacrorum Rituum, constituta sunt. Si cui unquàm rei per illa consultum non eatur, legitimæ stetur consuetudini. Si quę oriatur in antedictis controuersia, ad Nos deferatur componenda. Nemo Superpelliceum, aliasq. sacerdotales vestes indutus in ecclesiasticis munijs Pileum deferat, sed tantùm Biretum (exceptis legitimis causis, quæ Nobis probandę sunt) soluturus in singulas vices pœnam Iuliorum trium. Musices, Chori, & Cęremoniarum Præfectis in ijs, quæ mandata ipsis ex officio fuerint, vel ad nutum omnes pareant, luituri, quoties contrafecerint, multam aurei.

§ 4 Pium institutum á Nobis inductum, cum primùm Cathedralem hanc Nostram subire, Deo fauente, datum fuit, Litanias Virgineas singulis diebus Do-

minicis à Completorio decantandi omninò seruetur. Sanctissi nī Eucharistia ad instituenda Quadragintahorariam præcationem nusquam proponendam ducimus, nisi, iusta allata causa, Nos permiserimus.

§ 5 Cū, ne quis partes sibi alienas arrôget, sacri iā pridē Canones vetitum iuerint, vetitum & Nos illis inhærentes volumus, ne quis Ecclesiasticum munus exerceat, quod suo Ordini legitimè non competat, nisi aliter à Nobis data occasione, præceptū fuerit, sub pœnis ad arbitrium Nostrum imponendis.

§ 6 Quo tempore Ruralibus in Parochijs operà Diuinis præbetur, Christianæ fidei rudimenta enodantur, Rosarium, aliq́. præces persoluuntur, nihil præstetur huiusmòdi in Oratorijs, vel Cōfraternitatib⁹, quas Parochiales fines cōplectūtur. Si minus obediatur pœnas petemus ad arbitriū. Easdē petēdas dicimus, si Ieiunia, Festi dies Matrimonia, Indulgētiæ, Edicta & alia huius ordinis alibi denūciētur, quā in Ecclesijs Parochialibus, in quibus tantùmmodò Candelis, Cineribus, Palmis benedicere iubentur à Nobis Parochi, qui si hæc missa unquàm fecerint, quouis adscito prætextu daturos se non ignorent pœnas, quas intentabimus.

§ 7 In Diœcesis Nostræ Oppidis sanciendū putauimus, quod sancimus, vt diebus festis præsertim solemnioribus, & Quadragintadiali Ieiunio Clerici, & Presbyteri, qui inibi sint, in Ecclesiam conueniant Parochialē decentèr induti, Superpelliceo amicti. Bireto ornati ad modulandas Vesperas, quibus subditos Nobis omnes cohortamur, vt intersint pro com-

perto habentes, eò gratius sese Deo præstituros obsequium, quò diligentius opus non præceptum facere contenderint.

§ 8 Cum Clerici omnes alicuius Ecclesiæ mãcipati ministerio sint, ibiq. munera exerceant susceptis Ordinibus respondentia, Clericos omnes iubemus operam pręstare assignatis Ecclesijs; aliòquin certò habeant sese ad vlteriora nõ ascensuros. Cathedrali Nostræ Aedi adscriptos Tabella consignari volumus, quę in Sacrario asseruetur, & singulis diebus festis Odæali modulationi deseruire cum Superpelliceis, & Biretis nimirum, quo tempore Missa peragitur solemniori & decantãtur Vesperæ, & potissimùm si Nos interfuerimus, si Pontificalia sacra obierimus, non modo per ministeria Ordinum, verũ etiam per consortia Psalmodiæ. Ne absint, caueant, vt omnia peragant, quæ ad Diuina pertineant. Si prima vice abfuerint, Iulium vnum pendent, si secunda duos, quæ pœna in duplum ibit, Nobis assidentibus, vel sacra obeuntibus. Si augeatur contumacia, augebitur & pœna. Quod pluris fit ad superiores Ordines non prouehẽtur, non prolato de frequenti ministerio fideli Punctatoris testimonio, quem Suspensionis damnatum ibimus, si falsò testatus fuerit. Idem ex proportione seruandum curent Parochi in alijs Diœcesis Nostrę locis.

§ 9 Triduo sanctioris Hebdomadæ constituatur, qui ad matutina vltra morem obstrepentes, nimioque fragore scamna, aliaq. lignea astringentes comprimat virgis etiam adhibitis, si opus fuerit. Interdicto,

& Anathemate nominatim constricti Ecclesiastico è limine excludantur. Dum in Ecclesia fuerint, Diuina conticescant, Missam, excipimus, si Canon legi cæptus iam sit. A contrafacientibus graues capientur pœnę.

§ 10 Eiusdē sāctioris Hebdomadæ Sabbato æra Cāpana siuè Cāpanę nec apud Regulares festiuo pulso circūsonēt, cū nōdū Primariæ ī Ciuitate Matricis in Diœcesi Ecclesię Turris læto sonitu circumstrepuerit. Qui non paruerint certissimè putent se centum plectendos aureis, quam pœnam Pontificiæ Constitutiones sancitam voluere. Nolumus præterea à Secularibus, pro libitu Cāpanas pulsari, quod & a Decessoribus Nostris aliàs prohibitum, Rectoribus non annuentibus Pulsanti pœna erit duplex aureus. Rectores tamen, de more vbi præcipuè turbines, procellæ, grandinesq. immineant, minante cœlo, vt Christi fideles ad præces effundendas excitentur, pulsandas curabunt. Ad primam quoq. noctis horam signum ne omittant, quo solemnis pro vita exutis precatio indicatur, & Angelicæ salutationis ad meridiem, Ruri inprimis, cum sacra Ieiunio dies sit.

Concil Lateră. sub Leone X. Sess. 11.

Synodi Ang. Ce. 19 1 lū. 1599

TIT. VIII.

AVgustissimum, Sanctissimumq. Missæ sacrificium, quo Christi Domini verũ continetur corpus, veru q. sanguis, Sacerdote ipsius Seruatoris personam induente, & verba proferente, summa est cum religione, pietate, ac veneratione peragendum.

Sacerdos igitur antequam ad Aram sacris operaturus accedat, Matutinum cum Laudibus recitet; Missam diligènter perlegat, ne in re Diuina vspiam hęreat: Confessionem, si opus fuerit, piè obeat priusquam sacras uestes induat. Iam indutus si tantispèr adhùc in Sacristia moram facturus sit, quod non rarò accidit, cautũ velit ne colloquijs, & deãbulationibus morulam exigat; sed oculos auertens aliò secedat diuinæ litationis grauitatem, & maiestatem agitaturus animo. Arã petẽs neminẽ alloquatur, salutet neminẽ, Sacro absoluto sese inclinans salutẽ dicat nemini, nisi Episcopo vel alijs qui maiores Episcopo. Qui secus fecerit, pœnas ex Nostro arbitrio feret graues.

§ 1 Vt autem sacra decentèr, & honestè fiant, statuimus vt nemo fungatur sacris, vel ad id functionis quenquam admittat, cui corona decens, vestisq. talaris non sit, & saltèm infra genua, si à domo absit, & iter habeat. Non parentes scutorum trium pœnam exoluent. Eidem pœnæ subijcimus, qui sacri-

ficaturi vestes ex Ara sumant, qui anulos gestauerint, & qui superiorē barbam adeò prolixam habuerint, vt sacri Corporis, Sanguinisq. sumptionem, haustumq. impediat. Suspensionis pœnam addimus ijs, qui Christum Deo Patri immolantes capite pileolum, siue subbiretum deferant, vel sanitatis gratia, nulla facta per Sedem Apostolicam potestate. Sac. Rit. Cong. 11 Feb. 1613 Eadem Cong. 7 Iul. 1612

§ 2 Aureorum decem mulctabitur pœna, quæ sacris vestibus, vel mappis, vel linteis, vel alijs ad Aræ instrumentum necessarijs, aut reparandis, aut conficiendis ad Nostrum arbitrium eroganda sit, in eos, qui consecrauerint in Calice, cuius cuppa, vt loquimur, vel patena argentea, aut inaurata non sit; quiq. ità fractus, vt diuini sanguinis particula excidere facilè possit. Qui sacra faciant vel amictu, vel alba, vel stola, vel manipulo, vel cingulo, vel casula nō induti; strophiolo quod purificatorium vocant, palla, & linteo quod corporale dicimus, destituti; candelis duabus non ardentibus, Ara tribus mappis non instrata; Qui indumentis, vel instrumentis iàm dictis vtantur ad Sacrificium vel planè laceris, vel benedictione nō sacratis; Qui denique Hostiam Deo offerant in Ara exsacrata, vel suspensa, aut in lapide sacrato, cui sigillum sit vel fractum, vel loco motū, aureos tres in pœnam soluent, quo supra, modo applicandos.

§ 2 Ad sacrificia peragenda Sacerdotes vagi, & ignoti ne admittantur, nec á Regularibus, non exhibitis Ordinariorum, & Superiorum litteris commēdatitij, siue testimonialibus, nupèr datis, saltem ad duos menses, si in Prouincia, si extra Prouinciā in Italia Cocil. Trident. Ses. 22 de obser. in celeb. Mis.

ad qua-

adquatuor, extra Italiam ad sexLiteræ tamen eiusmodi sint à Vicario Nostro Generali & recognitæ, & approbatæ, testibus duobus è Nostra Diœcesi fide dignis, quibus Vagi illi satis noti sint. Hæc omnia nisi sedulò teneantur, ac seruētur, tam ignoti, & peregrini, quám qui eos admiserint, pœnam subire cogentur carceris ad duos menses, & exilij à tota Diœcesi ad arbitrium nostrum. Imò, si Ecclesiarum Rectores Vagos hosce, & quoscumque in suis Parochijs commorātes, & Sacra faciētes cōpererint, vel minus honestā vitā agere, vel Ecclesiasticorū rituū nō satis gnaros esse, & Nobis nō significauerint pœna mulctabit aureorum quinq. quibus Loca pia perfrui debeant. Eadem instabit pœna ijs, per quos publicè & notoriè criminosos Sacra facere licitum fuerit. Nemo initiatus nupèr Sacerdotio Sacra primùm peragat, nisi iam a Cæremoniarū Præfectò institutus, ab ipso testimonium gratis danuum ad Nos attulerit, vel ad Vicarium Nostrum Generalem, vnde constet à nouo Sacerdote sacros ritus, sacrasq. Eucharistici libaminis cæremonias optimè teneri, non vno factò experimento. Huic decreto non obtemperans pœnam substinebit aureorum decem. Ad nouitia hæc honestanda Sacrificia quamuis maxima, & lętissima, ne tam prophanum aliquid, ac indignum irrepat, & irrumpat: sumtpuosa nimium iniri prohibemus conuiuia, ac ludos omnes, & choreas.

§ 4 Nemo Sacerdos siue secularis, siue Regularis in Ecclesijs, vel Oratorijs nō approbatis, nō benedictis nō data a Nobis facultate, Re diuina fungatur; Nullusq.

Parochus

Parochus inibi Parochiale vllum munus exerceat. Si quis audiens ictô non fuerit, Sul pensions damnabitur. Eadem erit pœna ijs, qui in Ecclesijs Sanctimonialium Sacra fecerint Nobis, Vicarioq. NostroGenerali non permittentibus, non assentiente Confessario. In Ara tota lignea, cui lapidea duntaxat imposita sit, nemo non accepta á Nobis potestate, Rem diuiná peragat, & si quis peregisset, tabulę ligneæ in pios tantum vsus conuertantur, ne pœnæ subeantur antedictæ. In Altari in quo eo die sacris Episcopus operatus sit, nemo, Episcopo non annuente, Sacra conficiat. Si quæ corpora sub Ara, vel suppedaneo condita humo fuerint, dum aliò non transferantur, Deo ibi ne offeratur hostia.

Can in Altare Consecr. dist. 1

§. 5 Missæ Sacrificium nec ante Auroram fiat, nisi in nocte Nascentis Domini, nec post meridiem, nisi Apostolica Sedes annuat. Feria quinta, & Sabbato maioris Hebdomadæ in Oratorijs & Confraternitatibus Sacra prohibemus peragi, & plura etiam priuata in alijs Ecclesijs, dum per Nos non liceat, sub pœna suspensionis Ecclesiæ, in qua peracta sint. Eadem feria quinta iubemus Clerum ad ferculum Eucharisticum in missa solemni perquam religiosè sumendum accedere. Piaculares pro Defunctis, ac Votiuæ Missę diebus festis ex præcepto custodiendis, & in quibus fiat Officium sub ritu duplici, nec non & alijs cum Octauis, in quibus vel duplex prohibeatur Officium, ne celebrentur. Quin etiam cessante causa, Missæ in dicis cum Officio conueniat, nq. ijs numquam non fruatur Rubricis Missalis Romani

Pius V. Ann 1566

Sacr. Cong. Rit 17 Septb. 1608

Concil Trid d Sess 22 de obser in Mis. celebr.

proxime in lucem editi, in quas vulgata à P. Gauanto Commentaria non minus gratum Nobis, quam Sacerdotibus vtile foret legi sæpiùs, ac tractari. A Missarum celebratione, quæ sacræ Rituum Congregationi non probantur, quales quæ de S. Gregorio, de Quindecim Auxiliatoribus, de Patre æterno, omnes abstineāt, eadē sic iāciēte Cōgregatione. Quæ autē ex priuilegio Regularib⁹ cōcessæ, de Rosario, de M. Carmelo, & aliæ eiusmodi, ab ipsis tātū Regularib⁹ recitētur.

Sacr. Rit Cong. 8. Ap 1613

Ead. Cong 19. Nouem 1622

§ 6 Sacerdotes Dominicis saltèm diebus, festisq. celebrioribus Missā celebrent; Parochi autem ad minus ter in hebdomada, & Populo exponant, quantum Missæ valeant, quot quantisq. abundent mysterijs, quò auidius sāctiusq. Eucharistico Sacrificio intersint. Antequam in Diæcesi Sacrum obeatur Parochiale, in alijs Ecclesijs, & potissimum Oratorijs Contrarium nulla fiāt Sacra. Quos ea in re contumaciæ non pudeat, arbitrariæ coercebunt per Nos pœnę. Iisdem afficientur pœnis, qui inter Missarum solemnia Edicta recitent sæcularia, quiq. festis diebus, nulla re cogente, vel certi hominis stimulānte gratia, vltra debitum, statumq. horæ tempus vel maturius, vel tardius cum non mediocri Parochialium incommodo operentur Sacris. Quo die Titularis aguntur gloriosa Natalia, in eius Ecclesia vnum saltem peragatur Sacrum per Beneficiatum ac Rectorem, aut si fieri aliter non possit, per alium, quamuis non constet id esse oneris. Alioquin vnus in pœnam soluetur aureus in ea erogandus, quibus Ecclesia indigeat, ad Nostrum arbitrium.

Concil. Triden. Sess. 29. c. 19.

Sac Cong Episcop 14. Maij. 583. & Syno. Angeli Casij 1568

§ 7 Canonici in Cathedrali Dominicis diebus suæ hebdomadæ Sacra faciant. Quo tempore Horæ Canonicæ recitantur in Choro, vel Sacrum peragitur maximum Chorum ne deserant, vt sacrificatum eant distributiones aliòquin in pœnam amissuri, nisi Sacrarij Præfectus euocet, quod tunc temporis in Ecclesia nemo sit, qui Missam celebret. Plures una Sacerdotes ne exeant è Sacrario Sacris functuri, sed cum interuallo, vt pietati, commoditatiq. consulatur accedentium ad videnda Sacra. Plura Sacrificia si vno peragenda sint tempore, in Sacellis peragatur, e quibus alterum ab altero disiungatur per aliquid spatij, ne Sacerdotes mutuę sibi ipsis molestiæ sint. Dū in Ara maxima maxima immolatur Hostia, Eucharisticæ litationes ne fiant in Sacellis quę prorsus contigua. Nullus Parochus die festo, qui ex præcepto seruandus, omittat quin vel per se, vel per alium sua in Ecclesia Sacrum faciat. Licebit tamen per Nos omitere, si vicinus Parochus absit, in cuius Ecclesia Sacris fungens satis duplici cōmodissimè faciat Parochiæ. Quos quotidiana prę mit obligatio Sacrificij, si nonfestis diebus missum illud fuerit, pœnæ loco tres soluet Iulios, si festis quinque, si solemnioribus, decem. In singulis Ecclesijs Tabella sit, quæ Missarum onera contineat, Liberq. in quo describantur dies, quibus satis illis factum sit per Sacerdotem, cui id prouinciæ impositum, ità vt carens Libro pendat aureum, non describens medium. An verò ab ijs, quorum intererat, satis oneribus fuerit, tertio quoq. mense videant, & cognoscant viri satis idonei, qui a Nobis,

Cong. Concil. in Cau. ea 29. Iu. 16 89 & Ord. d. 17 Mart. 1732.

 si opus

si opus fuerit, eligentur; indictæq. pœnæ per Sacristam in Ciuitate, per Vicarios foraneos in Diœcesi exactæ conferantur partim in Missas, quibus faciendum satis est, partim in Sacrarium illius Ecclesiæ.

Concil. Trident. Sess. 22 vbi jur. § 8 Cum à Missarum celebratione nulla suscipi debeat vel auaritiæ labes, vel superstitionis nota, Sacerdotes caueant ne pœnam sibi imponant, quæ Simoniacis pendenda est de mercede sacrificij conditiones, vel pacta ineuntes, dum aliquod accipiendum tantum ipsis est stipendium in substētationem, & eleemosinam. Certum euitent numerum Missarum, & Cereorum, qui superstitionem planè sapit. Cong. Concil. 11 Iul. 1625. Pro vno Sacrificio plura nullo pacto accipiant stipendia. Si pro multis acceperint, parte sibi retenta, ne cum reliqua pecunia alteri celebranda mandent. Pro Sacrificijs, quæ Beneficio, Capellæ, Legato, Salario debeantur, eleemosinas ne accipiānt. Nouas reijciāt, si iā acceptis factū satis nō sit, nisi post breue tēpus id possint exequi. Sacra ne faciāt ad mētem illius, qui eleemosinā daturus est cōtra rubricarū præscriptū. Capsulæ, quibus inscriptū, Eleemosinæ pro Missis, vel pro Defunctis amouātur omninò. Onera autē perpetua Missarum quæ pro vno, vel pro pluribus peragenda sunt æuo functis, nemo excipiat, non facta, eaq. gratuita vel a Nobis, vel a Vicario Nostro Generali potestate vt clare cōstet an excipi possint, ijsq. fieri satis. Alioquin Legis huius violatoribus tam Clericis, quam Laicis Ecclesiæ interdicetur ingressu. Si Sanctimoniales fuerint, pœnæ loco absq. declaratione, officijs, voceq. & actiua, & passiua careant.

Eodem mulctabuntur Interdicto, qui pecunias, bonaq.mobilia in ipsorũ onerum perpetuitate legata, & relicta non disposuerint, vt, quod iura loquuntur, inuestirent ur. Stipendium verò Missas semel legentibus persoluẽdũ, erit Iulius vnus; si quotidie, & perpetuò Iulij duo, detractis tamẽ expẽsis i necess aria vt ẽsilia.

§ 9 Missis ministraturi, quantum in vobis est, eligantur, qui distinctè, ac deuotè verba proferant. A tam sancto ministerio arceantur omninò mulieres. Clerici Sacra facienti ministrantes decentem gerant vestem, & si fieri potest Superpelliceum induant Canonicis autem Cathedralis Nostræ in missis priuatis ijdẽ Clerici ne ministrent more Diaconorum, ac Subdiaconorum calicem palla aut tegentes, aut detegentes, explicantes, vel complicantes lintea, quę vulgò corporalia, in genuum flexione sustinentes inq. assurrectione eleuantes, si secus faxint, Suspensionis pœnam subituri. celebrantes à Diuinis ministrãtes ab ordinib[9] Campanarum pulsus Missam in Ecclesia principẽ præcurrat, & comitetur in ipsa Missa principe eleuationem Eucharistiæ sanctissimæ.

§ 19 Nemo tandem omnem non det operam, vt sacrosancto Missæ sacrificio quam maxima cum reuerentia, modestia, ac pietate intersit vtroque curuato poplite, cum standum tantummodo sit ad Euangelia, vt consuetudo seruetur, quã primæua nascentis Ecclesiæ ætas induxit, in qua Diaconus inclamare solitus *State recti audiamus Sanctum Euangelium.* A confabulationibus, & cachinnis abstineant, aliaq. quauis re cui minus honestatis sit minusq. modestiæ. Ad

fores Ecclesiæ ne subsistant, & quidem operto capite quod mulierum tātùm est. Ad Aram propius ne accedant, ne sacris operanti, eiusq. ministro alicui fiat impedimento. Ab Ecclesia prius ne discedant, quam ab Ara Sacerdos sacrario sese reddat. Hæc omnia Parochi diligenter obseruent, & seruanda curent. Si qui minus obediant moneant, & increpent. Nisi resipuerint, ad Nos, vel Vicarium nostrum Generalem eorum deferantur nomina, vt, qua liceat ratione, ad bonam per Nos reuocentur frugem.

De Diebus Festis & Ieiunijs.

TIT. IX.

Gē. 2 Exod. 16 DIes Sabbati tanta fuit à Deo & benedictione, & sanctificatione cumulatus, vt obseruantes præmio donet, non obseruantes pœna afficiat. De præmio docuit Vates Euangelicus Dei nomine mortales ita appellā. *Si glorificaueris eum, sustollam te super altitudinem terræ*. De pœna sapientissimus Legumlator Moyses ità locutus,
Is. 58 Exod. 33 *Qui fecerit opus in eo occidetur*
Deut. 5 Exo. 29 Illā igitur Deo mens fuit, & illud votum, vt humanis curis posthabitis, dies ille impenderetur diuinis recolendis beneficijs, diuinisq. expediendis laudibus. Festi quoq. dies, quos Christianæ Legis Religio in locum Sabbati, diuino afflante Spiritu, suffectos vo-

lui, vt

luit,vt per illos toti in Diuina simus & expendenda munificentia, & laude effundenda. dubij nihil est quin vnà cum eorum Ieiunijs fiat quàm diligentissimè custodien li.

§ 1 Festis itaque diebus, quos teste Nolaro Antistite, c reder dum om inò est, in Cœlo Ecclesiastico clarius,& illustrius sacræ suæ lucis spectaculum exhibere, quàm quæ M indo affixit sydera, summus rerum Opifex, quies vnicuique sit a seruili quouis opere. Iumenta vel sine Clitellis onusta ne circumducantur. Iugo ne subdantur boues. Vel nullo quesito emolumento, nihil a loco conuehatur ad locum, siue ligna sint, siue triticum, siue oleum, siue vinum, siue alia non dissimilia. Qui contrafecerint, iumenta ammittēt,& quæ Iu nēt s i posita, quorū prætia pijs locis applicanda sint Declaramus tamen hac lege hac pœna non teneri qui prosequantur institutum iter, necnon & Pistores,& Molendinarios, quos ex necessitate deceat panem conficere, molere triticum, farinas aduehere, ita tamē vt vel ante, vel post opus Sacro intersint Excusantur pariter, si necessitudo cogat, qui degant Rur facul ate, sed gratis ob enta a Vicario foraneo vel si ille absit, a Parocho. Publica etiam necessitas tolerabilem reddit rerum vecturam, quibus victus paratur Ciuitati, & tritici, multique, quo tempore opera datur trituræ,& vindemiæ, Sacro tamen audito qua cum conditione liceat per Nos Ferrario opus facere, medicinam Iumentis facturo, ferreasq. soleas ijsdem induturo, dūmodò faciat,&induat extrta Officinam in locis priuatis.

Paull. Natal.

Plin. l. 2 c. 8

Pius 5 Constit. An. 1566 incip. cum primum

§ 2 Nulla per dies festos Officina pateat, Aromatarias excipimus, & in quibus panis vænit, væneunt cibaria. Vendere tamen hæc liceat in Officina ipsa Ostiolo semiaperto, nullo exposito signo, nulla vænali re exhibita, diuinis Officijs facto fine. Nulla in Foro, locisq. publicis excitentur tentoriala ad vænalia exponenda. Vænali tātū pani aliquid permittitur, quo Sol arceatur, & pluuia. Qui non paruerit, in singulas vices pœnam trium aureorum dabit, qua tenebitur Pater pro Filio, Dominus pro Famulo, Magister pro Operario. Eadem erit Tonsoribus pœna, qui Officinæ ianuis siue apertis, siue clausis, capillos desecent, barbam abradant. Non aliam luent pœnam Sutores, Vestiarij, & Calcearij, qui non Ostiolo tantum patente, vestes consutas reddunt, calceosque nouos induunt.

§ 3 Publicus diebus festis Alearum, & Taxillorum ludus interdicitur, necnon & vænalium expositio Librorum, Imaginum, Laruarū, Historiarum, Medicaminum, aliarumque rerum, quæ á circulatoribus vænire consueuerint. Eodem comprehendimus interdicto saltationes, comessationes, comœdias, hastiludia, spectacula, aliaq. quæ inter prophana recensentur, sacris Deo diebus quin & toto maxime in anno ieiunij tempore nulla ratione exercenda, exercentibus pœna decreta aureorum sex cum alijs grauioribus etiam affligentibus. Has perferant pœnas & ij, qui operam locent instruendo ad illa exhibenda apparatus.

§ 4 Histrionibus, & Mimis Scurrisq. omnis generis

ne liceat vllo vel festo, vel Veneris, vel inediæ Quadragesimalis die aut in scamnis aut in equis, aut in pedibus cogere Populum, agere circulos, præstare scurrilia, siue alia id genus. Soluent, nisi pareant, aureos quinque & viginti, daturi etiam pœnas corpore.

§ 5 Nulla per dicatos Deo Soles ineatur negotiatio Iudicia sileant, ne nullum planè sit quicquid in ipsis actũ fuerit. Excipiũtur causæ, quas iura exprimunt. Prohibentur tamen exe cutiones omnes in causis priuatis, quas ciuiles appellant, reorumque torturæ, nisi criminis atrocitas aliter postulet. Nulla pariter fiat quæ Nostro nõ prçuio permissu, instrumẽta scribãtur iuramẽta emittãtur testiũ examina habeãtur. Vectigalia, collectę, & alia huius ordinis exigi nolumus in Ecclesijs, earumque atrijs, ac porticibus, & quo tempore diuina persoluantur Officia Cõciones habeãtur, & Supplicationes, christianęq. fidei doceantur, vel explanentur mysteria. Pœnas ab ijs qui non obediant petemus pro arbitrio. Mercatus in sĩgulos mẽses, vel in singulas hebdomadas ĩstitutos fieri vetamus diebus festis in quos si fortè incidãt, pridiè fiant. In mercatum, qui postridie festi die habẽdus sit nihil festo ipso die extruatur, & apparetur publicè indicta contra faciẽtibus pœna scutorum triũ. Nundinas quoque quæ in festum diem incurrant in proximè cõsequentem trãsferri iubemus Nũdinis in Nostra Ciuitate celebriorib⁹ exceptis in solemnijs S. Martini Mẽse Nouẽbri, & Sãctissimę Pẽtecostes, in qua exacto die Dominico, duos reliquos vt satis cõsluẽti pro more

Pius V. 1566 c. 1. & vlt. de fer.

fiat mul-

fiat multitudini, postquam omnes Sacris interfuerint nundinales esse permittimus.

§ 6 Quoniam ab Ecclesiasticorum Aedibus cùm omni tempore, tùm eō potissimum, quo solemnis aliquā agitur celebritas, omne propulsandum sit intemperantiæ genus, Parochos omnes, Ecclesiarumq. Rectores monitos volumus, vt, quodie Titularis Patroni, vel nobile aliquod alterius SanctiFestum celebrandum sit, omni remota sæcularium epularum lautitia, quos ad Diuina peragenda inuitauerint, frugali prandio excipiant, tribus tantum ferculis appositis, vt sobrie epulati nihil minus honestè, modesteque gerant. Vbi Cœlicolæ alicuius vel corpus asseruetur, vel insignes Reliquiæ, eius die festo sonantibus Campanis cereisq. ardentibus opera Diuinis impendatur a primis ad secundas vsq. Vesperas illa dies, qua quidem Parochialis Ecclesiæ vel consecrata vel, dedicata fuerit, singulisquibusq. annis, Re Diuina per plures Sacerdotes facta, sacraq. Aede pro viribus ornata, cohonestetur. Sic ubi autem certa Ecclesiæ dedicatio sit, incertus tamen dedicationis dies, Rector ad Nos accedat, cui certum constituemus diem qui annuersariā referat quotānis peractę cōsecrationis memoriam. Quamuis Tutelaris Cœlitis in Parochiali Ecclesia feriæ præceptiuæ non sint, attamen hortamur, vt Parochus veneretur, honestetq. etiā Vigilia, & Ieiunio idq. præcipimus vt, Populo exequendū proponat, Templum pro virili sua, proq. censu exornans, dansq. operam vt sacrum solemnius peragatur. Qui ea in re reum se negligentiæ fecerit aureos pendet duos.

§ 7 Christi fide'es omnes vtriusq. sexus singulis diebus festis Missæ sacrificio interesse ne omittant. Huius oneris immunes nulla facit excusatio Puellas nubiles, Sponsas, Viduas, quæ nuper viro caruerint, Famulos, qui Dominis deseruiant, & alios, quos alia temerè excogitare non pudeat causaturos incuriam. Vrbanos Magistratus in Festis saltem solemnioribus honestare cupimus Cathedralem Nostram, quam spectata illorum pietas frequentare iubet sæpè honestaturos. Quæ D. Fortunato Nostræ Ciuitatis Patrono per annuum recursum festa dies est seruari per vniuersam Diœcesim omninò volumus, etiam à Regularibus, quo quidem præcepto Oppidanos in Nostra Diœcesi obstringimus, quibus certus aliquis sit è Cœlo Patronus. Auctores quoque sumus, vt festi non modò dies ex præcepto seruandi venerationi maximæ sint; verùm etiam ex deuotione, vel consuetudine seruari soliti. Quò crastinæ Solemnitates notiores Populo accidant, die antecedenti, salutata vel ad meridiem, vel ad solis occasum Deipara, Campanas festiuo pulsu Sonare iubemus. Festorum dierum custodiæ magis consulturi mandamus Parochis, vt in Censores, Custodesque festorum pios fidelesq. viros renunciet, qui violatores increpent, pœnasq. dare cogant Iul. orum trium in quodlibet seruile opus, vbi certa à Nobis pœna expressa non fuerit, qui quidem Iulij applicandi sint Sodalitio Sanctissimi Sacramenti illius loci, in quo violata lex est, vel alteri Societati pro arbitrio Parochi, tertia tamen parte Custodibus iam dictis seruata.

Per hanc tamē ſanctionem nō intelligimus minus diligentiæ eſſe debere in Epiſcopalis Curiæ Miniſtris, vt grauiſſimæ huius Legis contemptoribus manus iniiciant.

§ 8 Ne vlla Laicis ignoratio obtendatur feſtorum dierum, qui tàm ex præcepto, quam ex deuotione cuſtodiendi ſint, in ſingulos dies Dominicos, qui antecedunt, denuncietur inter Miſſarum ſolemnia à Parochis, dies itidem, quibus ieiunandum, & vigilandum, cum Indulgentijs, Stationibus, Orationibus, Proceſſionibus, Parentalibus pro defunctis in ipſa Parochiali obeundis. Cohortentur præterea ad obſeruantiam, doceantq. à media nocte ad mediam noctem parcendum operi perq. id temporis & abſtinendum à vetitis, & ſtudendum pietati, vt Diuos, Diuaſque, quibus ſacri ſint dies, imitando tutius implorent, eorumque certius dignētur patrocinio. Ieiuniorum denunciatio licet ſatis eſſe poſſit, quo tamen ſeruētur facilius, laudabilem tenere morem Parochos iubemus, vt Mariæ Virgini Angelica ad Veſperam dicta ſalute, Campanam pulſent, quæ certa Ieiunij ſequentis index ſit. Si neglexerint, aureorum duorū pœnam indicimus, qui in piorum locorum vſus erogandi ſint, quarta tamen parte accuſatori deducta. Si Ieiunium in diem feſtum incidat, ab eodem ieiunio nemo ſe eximat. Vt id palā Populo ſit, pluribus Campanis indicetur feſta lux, eſurialis verò vna. Si plures non ſint, vna illa, ſed cum interuallo, ac varietate pulſus ſacrā ſignificet & celebritatem, & ieiunium.

§ 9 Eadem ratione ſeruata, eademq. indicta pœ-

na die Dominica, quam Ecclesia in Quinquagesima nominat, Parochi Populo pronuncient Quadragesimale ieiunium, quod quidem indicaturi per semihoram ante noctem mediam Ceneralia præcurrentem, Campana sonum, & sanè longiorem edant. In Ieiunio autem Quadragesimali solemne teneatur, quod & in alijs infra annum, nimirum, vt a vetitis idest a Carnibus, ab Ouis, Lacticinijs omnes abstineant nisi iusta excuset causa, morbus in primis, quo per Medicum probato, à Nobis licentia concedetur in scriptis. Monitos hic cupimus Medicos, vt, in morbis probandis Conscientiæ saluti prospiciant, non ignorantes se de negligentia, vel de indulgentia rationem reddituros, si nimia cum facilitate leues, fictosque morbos probaturi erant. Vetitos autem cibos in Quadragesimali abstinentia morbo tantum laborantibus permittẽdos à nemine vænales haberi posse dicimus, quàm ab his, quibus vel à Nobis, vel à Vicario Nostro Generali id facultatis datum fuerit, & in locis, si fieri possit à celebriori Ciuitatis regione satis dissitis, vt euitentur scandala. Ijs tamen vendant, qui Medici testimonium, vel probationem, & factam à Nobis potestatem protulerint. Qui contra facere non vereantur, in pœnam scuta quindecim exoluent, quæ sint pijs locis applicanda.

§ 10 Vt Dies festi, qui vel ex præcepto, vel ex deuotione seruandi sunt, diesque ieiunijs per Ecclesiam addicti omnibus innotescant, & pateant, proxima Tabella subijcitur, vnde nullo quisque negocio cognoscat quinam dies labori & operi inseruiant,

quisnam quieti, & pietati Parochisque mandatur, et in suis Sacrarijs nunquam non appensum, & affixam habeant.

TABELLA

Dierum Festorum tam ex præcepto, quam ex deuotione seruandorum in Tudertina Diœcesi, nec-non Ieiuniorum.

IANVARIVS.

1 Circumcisionis Domini de præcepto
6 Epiphaniæ Domini de præcepto
17 S. Antonij Abbatis ex deuotione.
20 SS. Fabiani, & Sebastiani mart. ex deuotione.

FEBRVARIVS.

2 Purificationis B. M. V. de præcepto.
3 S. Blasij Episcopi, & mart. ex deuotione.
13 S. Benigni mart. de Tuderto ex deuotione.

23 S. Romanæ Virg. de Tuderto ex deuotione.& Vig. S. Mathiæ Apost.
24 S. Mathiæ Apostoli de præcepto.
In Anno bissextili celeb. Die 25 & Vig. Die 24 Febr.

MARTIVS.

9 S. Franciscæ Romanæ Viduæ ex deuotione.
19 S. Ioseph Sponsi B. M. V. de præcepto.
21 S. Benedicti Abbatis ex deuotione.
25 Annunciationis B. M. V. de præcepto.

APRILIS.

25 S. Marci Euangelistæ ex deuotione.

MAIVS.

1 SS. Philippi, & Iacobi Apost. de præcepto.
3 Inuentionis S. Crucis de præcepto.
5 Trãslationis Corporum SS. Cassiani, Calisti., Fortunati, Romanæ, & Dignæ de Tuder. ex deu.
20 S. Bernardini Senensis Confes. ex deu.
26 SS. Felicissimi, Heraclij, & Paulini mart. de Tuderto ex deuotione.

IVNIVS.

13 S. Antonij de Padua Confes. ex deuotione
23 Vigilia S. Io: Baptistæ.
24 Natiuitatis S. Io: Baptistæ de præcepto.

28 Vigilia SS. Petri, & Pauli.
29 SS. Petri & Pauli de præcetpo.
30 S. Fortunati Patroni, qui hac die Ciuitatem a Gothis liberauit, ex deuotione.

IVLIVS.

2 Visitationis B. M. V. ex deuotione.
22 S. Mariæ Magdalenæ ex deuotione.
24 Vigilia S. Iacobi Apostoli.
25 S. Iacobi Apostoli de præcepto.
26 S. Annæ matris B. M. V. de præcepto.
29 S. Faustini Confess. de Tuderto ex deuotione.

AVGVSTVS.

1 S. Petri in Vinculis ex deuotione.
5 Dedicationis B. M. ad Niues ex deuotione.
9 Vigilia S. Laurentij.
10 S. Laurentij mart. de præcepto.
11 S. Dignæ Virg. de Tuderto ex deuotione.
13 S. Cassiani Episc. & mart. de Tuderto ex deu.
14 S. Calisti Episc. & mart. de Tuderto ex deu. & Vigil. B. M.
15 Assumptionis B. M. V. de præcepto.
23 B. Philippi Ordinis Seruorum ex deu.
24 Vigilia S. Bartholomęi Apostoli.
25 S. Bartholomęi Apostoli de præcepto.
29 Decollationis S. Io. Baptistę ex deuotione.

SEPTEMBER.

1 S. Terentiani Episc., & mart. de Tuderto ex deu.
8 Natiuitatis B. M. V. de præcepto.
20 Vigilia S. Matthæi Apost.
21 S. Matthęi Apostoli, & Euang. de præcepto.
26 S. Amantij Conf de Tud ex deuotione.
27 SS. Fidentij, & Terentij mart. de Tuderto ex deuotione.
29 Dedicationis S. Michaelis Archang. de pręcept.

OCTOBER.

4 S. Francisci Conf. ex deuotione.
14 S. Fortunati Epis. & Conf. Patroni in Diœcesi Tudertina de pręcepto.
27 Vigilia SS. Simeonis, & Iudæ Apostolorum.
28 SS. Simeonis, & Iudæ Apost. de pręcepto.
31 Vigilia Omnium Sanctorum.

NOVEMBER.

1 Omnium Sanctorum de præcepto
2 Commemorationis Omnium fidelium defunctorum ex deuotione
11 S. Martini Epis. & Confess. ex deuotione.
12 S. Martini Papæ, & mart. de Tuderto ex deu.
21 Præsentationis B. M. V. ex deuotione.
25 S. Catharinę Virg. & mart. ex deuotione.
29 S. Illuminatę Virg. de Tud. ex deu. vig. S. Andręæ.
30 S. Andræ Apost. de pręcepto.

DECEMBER.

6 S. Nicolai Episcopi,& Conf. ex deuotione.
8 Conceptionis B. M. V. ex deuotione.
13 S. Luciæ Virg. & mart. ex deuotione.
20 Vigilia S. Thomę Apost.
21 S. Thomæ Apost. de præcepto.
24 Vigilia Natiuitatis Domini.
25 Natiuitatis D. N. I. C. de præcepto.
26 S. Stephani prothom. de præcepto.
27 S. Ioannis Apost. & Euang. de præcepto.
28 SS. Innocentium de præcepto.
31 S. Siluestri Papę, & Conf. de præcepto

FESTA MOBILIA DE PRAECEPTO

Paschatis Resurrectionis cum duobus sequentibus.
Ascensionis D. N. I. C.
Pentecostes cum duobus sequentibus.
SS. Corporis Christi.
SS. Trinitatis cum omnibus Dominicis anni.

FESTA MOBILIA EX DEVOTIONE

Omnes Feriæ sextæ mensis Martij.

IEIVNIA MOBILIA.

Totius Quadragesimæ exceptis Dominicis.
Quartæ, & Sextę ferię, & Sabbati anni temporum
Vigiliæ Pentecostes.

De Confraternitatibus.

TIT. X.

CVM Christi fidelium conuentus, siue Congregationes, quæ in nomine Domini vnà sint, vnaq. Diuinis rebus operam impendu t, Dei ipsius, Christique Domini Sedes, & Regiæ, attestante Seruatore ipso, fiant, quàm diligentissimè enitendum est, vt quam maxima cum disciplina, & probitate instituantur, & conseruentur. *Math. 18.*

§ 1 Nouas ergò Confraternitates nemo condere, & excitare audeat, dum Nostra non annuat auctoritas, cui probandum institu um, probandæ regulę. Aliòquin censebuntur non legitimæ, earumq. moderatores non leuibus mulctabuntur pœnis. In iam conditas, & excitatas illi tantummodò adscribantur, qui petiuerint adscribi, quo que admiserit maior Confraternitatis pars. In Diœcesi Confratres ne conueniant, non præsente Parocho, alias quicquid, illo absente, confectum fuerit, nihil ponderis habeat, & momenti. Idem Parochus semel, aut bis in anno, solemnitate, vel P ocessione occasionem dante, Confratribus suadeat, vt suum custodiant institutum, sibique fruendas curent. Indulgentias, quas Confraternitati summi Pontifices elargiti sint, curet, quoties expedire videatur, Sodalitatis statuta, & capitula perlegi vt Cōsodaliū memoriæ arctius insideant; ide- *Clem. VIII. in Cōst. ann. 1604 incip. Quicūq. 7. Oct. 1617.*

 oque

oque vtrorumque Catalogus in Oratorio, vel Sacrario pendeat, vt omnibus innotefcant. Leges Laicorum Sodalitijs à Noftris Deceſſoribus præſcriptæ omninò ſeruentur, & ſi quæ illis careant, Nobis ſignificent, vt quales illę ſint, examinantes, quæ aptæ magis,& conſonæ videantur, id quod maturè fiet, ſeruandas tradamus.

§ 2 Confratres in Supplicationibus tantùm,vel in Eccleſia, veſtem ſiue ſaccum deferant. Eo indutus nemo ſolus extra Eccleſiam incedat, Nobis non annuentibus, ne pœnis afficiamus pro arbitrio. Vt tollantur prorſùs offenſiones, & ſcandala, nulla in poſterũ Cõfraternitas accedat ad funera, niſi fuerit à defũcto electa,vel vocata ab hęredib⁹,vel illa ſit,in quã fuerit defũctus ipſe adſcriptus. Ferètrũ ne deferat, niſi cuius eſt Ferètrũ Cõfratrũ,qui ad funus vocati ſint ne ſit cãdelas diſtribuere; ſed cõſãguineorũ defũcti, vel eorum quibus id ab ipſis demandatum fuerit: eaq. in re Parochorum iuribus nihil irrogetur iniuriç, vel detrimenti. Cum aliquoties ſatis moleſtè accepetimus Confratres nonnullos mutuæ charitatis oblitos orta rixa, extra ordinem proceſſiſſe, ſtatuimus,vt qui ſacco induti, vel in Oratorijs, vel in eorũ Domib⁹ vel aliàs publicè mutuis ſeſe cõuitijs proſciderint,pœnam ſubeant aurei,qui Confraternitati, vel alijs pijs locis pro Noſtro arbitrio applicandus ſit;ſi pugnis ſeſe mutuò contuderint, aureorum trium, qui eadem ratione applicandi; ſi armis, alijſq. inſtrumentis mutua ſibi ipſi vulnera intulerint, aureorum viginti pariter,vt ſupra expendendi, aliaſq. quæ deli-

Sac. Rit Cong. 9 Decem. 1617

ɛto reſ-

cto respondeant pro arbitrio. Si, qualia qualia sint, arma deferanr, capietur ab illis poena aureorum decem.

§ 3 Quod spectat ad Diuina Officia per Confraternitates obeunda prohibitum volumus, ne in Ciuitate, quo tempore in Cathedrali sacra solemniter peraguntur, & in Dioecesi, quo tempore in Parochialibus Sacra fiunt, in Oratorijs Confraternitatum Diuinis vllo modo detur opera, sic enim Populi concursum ad Matrices Ecclesias impediri Praecipimus quoq. ne in Dioecesi per dies festos in ipsis Oratorijs ãte missã Parochialẽ quisquã celebret, nõ annuẽte Parocho, quo etiam non assentiente, ne liceat in Sodalitatibus vel celebritates agere, vel exequias facere. Supplicationibus Cappellanum adhibeant indutum Superpelliceo; qui tamen, siue alius, qui Societati sit á confessionibus ne audeat Confratres a reseruatis absoluere, contra quam Apostolicae sanxere leges. In Oratorijs Confratrum feria 5. & Sabbato Maioris hebdomadae Sacra ne celebrentur, neue Candelis, Cineribus, Palmisq. benedicatur: Alioquin ipsa interdicentur Oratoria. Eadem quoq. poena dabitur, si in ijsdem Oratorijs SS. Eucharistia vel asseruetur, vel exponatur, Nobis potestatem scripto non facientibus. Sacerdotes, & Clericos in sacris constitutos, quibus honor meritò debetur, nolumus Processionibus, alijsq. secularium Confratrum congressibus interesse, nisi honestiori loco dignentur. Quia Confratrum est ad pia tantùm opera conuenire, comessationes omnes interdicimus per occa-

Clem. VII. ubi sup. Decr. Cõgr 1602 Paul. V. 16?7

Cong. Rit. in Ascul. 3. April 1632. & Episcop. 21 Martij 1594 & 20 Aug. 160

sionem Supplicationum, aliarumque functionum siue in Oratorijs, siue in eorum Domibus, etiam Officialium sumptibus habendas, constituta in contrafacientes pœna aureorum quinque, qui ipsis Oratorijs applicari debeant, alijsq. pro arbitrio.

§ 4 Cũ stare Sodalitia nõ possit nõ stātib⁹ ānuis cēsibus, ijq. propterea profundendi non sint, sed quàm cautissimè expendendi, hæc, quæ sequuntur, decernimus

Ne Officiales extra ordinem quidquam impendāt nõ cõsẽtiẽtibus per vota plerisq. e Cõsodalibus, si excedant maximè duos aureos, de suo aliter in pœnam soluturos.

Ne bona ad Societates spectantia Officialibus elocentur, eorumq. propinquis, neuè colenda dentur.

Ne, qui conduxerint, in Officiales eligantur, Nostro non accedente permissu, sub pœnis ad arbitrium.

Extrau. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alienand.

Ne per Officiales, & Confratres Sodalitatis bona immobilia, & prætiosa mobilia vlla ratione alienent, & immobilia potissimùm vltra triennium ne locent.

Ne Confraternitatum supellectilia in priuatis domibus seruentur, sed in Oratorijs, locisq. in id constitutis; qui contrafecerit scuta tria in pœnam dependet, quæ ipsis Societatibus ad arbitrium Nostrum applicentur.

Ne vlla Sodalitas eleemosinas quęritet, nisi data per Nos, & ad annum facultate, quę indè, si videatur, renouetur.

Ne perpetua legata accipiant nisi id Nos expressè permiserimus, vt pro explorato sit, an onera

injuncta modum excedant.

Ne Sodalitiorum pecuniæ, si collocandæ, siue, vt vulgo dicitur, inuestiendæ sint, collocentur, vel inuestiantur aut in censibus, aut in alijs stabilibus, Nobis scripto non assentientibus. Nisi obediatur, nullos fuisse actus declaramus, petemusq. pœnas ad arbitrium; id quod extendimus etiam ad omnes contractus, & instrumenta.

§ 5 E laudata Officialium electione, & administratione cum felix pendeat Laicalium Sodalitatum status, sancienda hęc duximus.

Nemo, qui inter Confratres facinorosus sit, publicus peccator, vel infamiæ labe notatus, quiq. Fidei rudimenta ignoret, tantum absit, vt eligatur ad Officia, vt potius eijciatur è numero.

Nulla fiat Officialium electio, nisi coram Parocho in Diœcesi, apud quem intra quindecim dies Officiales priores nouis Officialibus administrationis rationē reddant, libris adhibitis ad hoc necessarijs. Qui distulerint, tres soluant aureos. In Ciuitate reddatur apud eos, qui in id electi a Nobis fuerint.

Post mensem, quàm Officiales electi fuerint, Parochi in Diœcesi, & ipsi Officiales in Ciuitate ne prætermittant, quin de electione, rationeq. reddita Nos doceant, pœnas laturi arbitrarias.

Prior nupèr electus idoneum Consodalibus proponat Camerarium, qui per maiorem partem suffragijs approbatus, annuos exactos redditus ne soluat, non mandante Priore.

Qui Sodalitatibus debeant, donec fecerint satis,

voce omninò careant & actiua, & passiua.

Nullus Officialis in longius more tempus confirmetur, Nobis id non specialiter concedentibus.

In Officijs, quæ Sodalitijs peragenda sint, tám in Ciuitate, quàm in Diœcesi ad refectionem, vel eleemosinam in quemlibet è Sacerdotibus, qui ad rem sacram peragendam euocati sint, ne vltra duos Iulios expendatur: Alióquin expensas omnes, in quo etiam non excesserint de suo Officialis persoluat, quo iubente factæ sint, non de bonis Societatis.

Ipsę autem expensę ne fiant, nisi annuente Parocho, qui si in assensu minus prudens fuerit, ad Nos deferatur, vt conuenientię prospiciamus.

Ne cuiuslibet Sodalitatis Officialis in Oratorijs, Aedibusque contiguis contumaces excipiat vltra triduum: Aliter officio priuabitur, & pœnis mulctabitur pro arbitrio.

Tit. de Eccles.

§ 6 Inter Sodalitates cum principem locum obtineant, quę in honorem SS. Sacramenti institutæ sunt, quæq. gaudeant, vel gaudere possint per Aggregationem Archiconfraternitatis Romanæ priuilegijs quā maximo cū studio monemus, & hortamur, vt, si cubi erectę sint, qua par est pietate conseruentur: sicubi nullæ sint, Parochorum conscientiam oneramus, vt in suis Ecclesijs, Nostra præuia auctoritate, quamprimùm instituant.

Cong. Indulg. ... Feb. 160...

De Pro-

De Processionibus.

TIT, XI.

PRrocessiones ; quæ & Supplicationes appellantur, cum eò institutæ sint, vt Populi confluentis, perq. Templa, & vias procedentis, & Deum collaudãtis, proq. publicis necessitatibus comprecantis communis, & publica vox exaudiri à Deo facilius sit, ne Nostra culpa, voto frustrentur suo, & Ecclesię; interfuturos hortamur in Domino, vt oculis ne diuagentur, vt a salutationibus, & colloquijs abstineant; vt Christiana cum reuerentia hymnos alternent, & psalmos qui decantandi sint, saltem voce submissa, dum alios commodulari clarè & liceat, & deceat; Chirothecas, floresq. manibus ne gestent. Si Clerici sint cũ talari veste progrediatur, pileumq., aut pallium ne induant, nisi imminente pluuia. Si quis hæc neglectum iuerit, pœnas se pro merito daturum credat.

§ 1 Clericos præsertim beneficiarios, Ecclesiasticaq. Officia obtinentes nec non & Regulares, qui vltra quingentos passus à Ciuitate dissiti non sint, ad publicas & generales Processiones accedere solitos, illis interesse iubemus vnà cum sęcularium Sodalitijs, quæ ad hoc vsq. tempor s Supplicationes frequentent Non obedientes Interdictum Ecclesiæ pœna afficiet. *Concil. Triden ses. 25 cap. 13* *Sac. Cong. Cõcil. 5. May 159. & Cong Rit.*

§ 2 Pri-

17 Sept. 1608
17 Iulij 1609
& 15. Maij 1610.

§ 2 Pridie eius diei, quo Supplicationes habendæ sunt, sub vesperam Campanæ festo pulsu circumstrepant ad Clerum, Populumq. excitandum. Circumsonent etiam ipsa die, & antequam initium Processioni detur, & quo tempore fancte proceditur. Tunc autem non solum Cathedralis Turris obstrepat, sed etiam aliæ Ecclesiarum nempè, vel ante quas transitur, vel ad quas tenditur. Ad Supplicationem cohonestandam, quæ explodi solent Tormenta bellica, boatum edant suum, cum iam vniuersus Populus transierit.

Synod. Emin. Carp. tit. 2 c. 7

§ 3 Qua die Processiones habendæ sunt, inter futuri pro more, hora indicta, vel in Tabella designata, quæ foribus Cathedralis, vel Ecclesiæ, vnde procedendi initium futurum sit, apponenda est, siue Clerici, siue Regulares, siue Sodales cum suis & veste, & Imagine, & Insigni conueniant. Per Ecclesiam nemo vagus obambulet, sed Sacrificio deuotè intersint, cuius fine facto, religiosè procedi incipiat, pœna, si mora fiat, scutorum decem Capitulo Cathedralis per Nostros Decessores apposita. Monente cerçmoniarum Præfecto omnes sua loca petant, ordinem seruent, religionem teneant. Si quis statuto tempore ad Ecclesiam, vnde Processio egressura primum est venire distulerit, singulis Clericis singuli soluendi erunt aurei. Regulares interdicto constringentur. Laicis a suis Ecclesijs interdicetur.

eadem. Synod. et Synod. Eminenti Altieri tit. de Processionibus.

§ 4 Quia grauissimè accepimus abusum irrepsisse, qui licet alias increpitus, castigatusq. fuerit, adhuc tamen conuelli non potuit, sæpe nimirum Regulares,

& Sodales breuius sibi paraturos iter contra ius, fasque, ad primariam Ecclesiam, vnde initium habet Processio non properare, & ad eam, vbi Processioni finis est, non aduenire; sed expectantes dum alij transeant in loco vel Cœnobijs, vel Oratorijs proximo, vel in suis Ecclesijs, si easdem ingrediatur Processio, ibi sese procedentibus iungere, vel quod verè peius est, inter eundum alios deserere, Laresq. repetere, antequam finis imponatur Supplicationi, cum non leui scandalo, & procedentium incommodo, qui in media via gradum sistere coguntur, dimidiarique Processionem, & vnanimem Supplicationem distrahi, frustrato publicæ mentis consilio. Præcipimus ergo denunciatis, quas paulò ante attulimus pœnis, vt nemo, extra Ecclesiã, vbi Processio instituitur, vel finitur, audeat se sacræ pompæ iungere, vel eandem deserere. Imò ab Ecclesia, quam diximus, nullatenus discedat, nisi Benedictione, quæ in fine ex more, & ex lege datur, accepta.

§ 5 Nulla noua instituatur, vel ex grauissima causa, Processio, Nobis inscijs, nec probantibus. Si quis instituat soluet in pœnam scuta quinquaginta. Nec Regularibus id datur extra ambitum suarum Ecclesiarum. Nocturnas omninò prohibemus; & si quas, aliqua suadente causa, permiserimus mulieres nullæ sint in vijs, sed è domibus prospiciant. Imo & in diurnis seorsim fœminæ a viris, & nouissimo loco incedant. Id quod seruari volumus & in Ciuitate & in Diœcesi. *Cong. Sac. Rituum 19 Maij 1614. & Iul 1610.*

§ 6 Generales potissimùm Processiones habean-

tur ex Lege ante prandium. Nulla illis musica instrumenta misceantur, nulla exhibeantur spectacula, nulla armorum genera deferantur per eos, qui intersint. Antequam sumant initium, Confratres ne per vias errent saccis induti, alijsque vestibus, quas Processio exigat. Eadem de re monitos volumus & Regulares, & Clericos. Prætextu longioris viæ comessationes, & compotationes interdicimus Processionis tàm initio, quàm progressu. Si quis non pareat, Ecclesiastico puniετur interdicto, alijsq. prematur pœnis pro arbitrio: Certo enim certius est, sobrietatem piarum cogitationum matrem, crapulam è contra Ebrietatem rixarum, & contentionum parentem.

§ 7 In Diœcesi Parochi, diuina Re absoluta, diebus præscriptis intra suæ Parochiæ limites Processiones habeant, quas nulli liceat Oppido celebrare non præsente Parocho, quem superpellicecum, & stola induant. Clerici quoq. omnes eidem Ecclesiæ adscripti, talaribusque cum vestibus assistant; Crucem, vel luminaria deferendo, Litanias, aliasque preces respondentes tempori piè, ac religiosè modulando: Id quod ità seruari volumus, vt ad altiores Ordines gradum facere non possint, nisi de præstita, quam præcepimus, Processionibus opera verum protulerint testimonium.

§ 8 Processiones etiam si in dies incidant, qui ex præcepto venerandi non sint; volumus tamé, vt, quo tempore habeantur, nullus in Foro sit strepitus, & Tabernæ, quæ festis diebus obserantur,

obse-

obſerentur & tunc temporis, ne poena ſentiatur feſtos dies violantibus impoſita. Cùm autem Cathedralis Noſtræ Capitulum ad aliquam ſiue Regularium, ſiue Sæcularium Eccleſiam Proceſſionis cauſa acceſſerit, qui Eccleſiæ inſeruiunt, ad valuas occurrant, &honorificè excipiant, deducentes, quod moris eſt, ad Aram Euchariſticam. Niſi id fiat, arbitrariæ luentur poenæ.

§ 9 In Proceſſionibus, quibus Euchariſticum ferculum circumfertur, & potiſſimùm celeberrimo die qui Chriſti ſacratiſſimo Corpori ſacer eſt, decentiſſimi proferantur ornatus ad feneſtras. Confratres cum facibus procedentes Clero Sæculari, vel Regulari ne intermiſceantur. Si velint eas, ſaltem Officiales deferre, deferãt eo ipſo in loco, in quo ipſa procedit Sodalitas.

§ 10 Quo ad ordinem in procedendo, Pontificiæ teneantur Conſtitutiones, & conſuetudines hucùſque receptæ; & quo ad Clerum Cathedralis Tudertinæ ſanctio ſeruetur edita ann. 1575. Clericis Seminarij locus in proceſſu ſit ante Clericos in minoribus conſtitutos. *Greg. XIII. an. 1583. Sac. Rit. Cong. in Adrian. 21 Maij 1620.*

§ 11 Pietati tandem, Religionique medullitùs fidentes, quæ maximum Tudertina in Vrbe Magiſtratum egregiè commendat, hortamur obnixe, vt ad Proceſſiones accedant, cum ex ijs multæ, ipſa petente Ciuitate, inſtitutæ ſint, Principiſque in Ciuitate poteſtatis exemplum Ciuibus vniuerſis incitamento, ſtimuloque ſit. Vt autem omnibus innoteſcant inſtitutæ tam Generales ab Eccleſia,

quàm singulares à consuetudine Supplicationes, infrascriptum Indicem subijci voluimus.

PROCESSIONES GENERALES, ET COMMVNES.

In festo SS. Corporis Christi.
In die S. Marci.
In triduo Rogationum.

PARTICVLARES.

In festo S. Crucis, mense Maio.
In die S. Bernardini.
In festo S. Matthæi Apostoli.
In festo Natiuitatis Beatissimæ Virginis.

De Sepulturis, Funeribus, & Exequijs.

TIT. XII.

SVprema æuo functis persoluere tanti est, vt inter laudatissima Christianæ caritatis opera non immeritò numeretur, operæque pretium sit non modò ad id muneris Christianam inflammare pietatem; verum etiam prauas omnes vel iàm inductas, vel facilè inducendas consuetudines validissimis Synodicarum Sanctionum armis, quæ diuinus Amor ingeniosissimus Faber excudit, profligare. 1 Reg. 2. Tob. c. 12.

§ 1 Ad condenda cadauera nusquam Ecclesiarum pauimenta dissoluantur, sed sepulcris inferantur ritè constructis. Qui secus faxit, pœnam luet aliàs decretam, atque etiam grauiores. Concamerata illa sint, pauimento exæquata, duplici tegumento operta. Tantum pateat ostium, vt & Arcas capiat, quibus defunctorũ mandanda sunt corpora. A Sedibus confessarijs, Altaribusq. longiori, quo potest, secludantur interuallo: & si quæ proxima sint, vel sub ijsdem posita, humo oppleantur. Arcę alięque cadauerum Tumbæ supra Solum ne locentur; & si quæ vspiam sint, amoueantur, infraque pauimentum in profundis Tumulis, vel Cœmeterijs ponantur. Nulla posthàc ædificentur Sepulcra, dum per Nos, vel per Vicarium Nostrum Generalem scripto non liceat. Nulla illis apponatur Epigraphe siue inscriptio, No- sup. tit. 4 § 9. Cong. Episc. 6. Sept. 1593. Eadem Cong. in Termu. a 8 Feb. 1594 Pius V. constit 5 Bulla Cheru. § 6. tit. 1 fol. 135.

bis inconsultis. Alioquin pœna imminebit euersionis, aliæque pro arbitrio. Sicubi construi nequeant, parentur aliæ in Cœmeteria, quę murus circumvallet, vel septum è cancellis; optimèque sint purgata, Crucemque in medio habeant.

Cong. Episc. 5 Maij 17 Sept. 617 C. Abolendæ de Sepult. c. ad Apostolicam de Simon.

§ 2 Ne in his, quæ ad Ecclesiasticam, religiosamque pietatem pertinent, vlla conspiciatur turpis lucri cupiditas, prohibemus, ne Parochi, aliarumque Ecclesiarum Rectores quidquam exposcant, nisi quod ex voluntate, vel ex consuetudine oblatum exigere liceat, Nostræ potestatis opem implorantes, si quis ipsis aliqua in re fraudi sit. Caueant potissimum, ne huius exactionis gratia vel funus differant, vel, quod pluris est, & satis impium, sepulturam denegent. Alterutrum admittentes graues dabunt pœnas. Miserrimorum corpora terræ gratis commendentur, quorum etiam necessitati consulant, si quid contigerit eiusmodi Confraternitates, quarum sit ad Ecclesiam tumulanda eorum deferre cadauera.

Cong. Episc. 9. Iunij 1592.

§ 3 Clerici, qualescunque sint, & in quacumque Ciuitatis Parochia è vita migrantes, nulla electa Sepultura, ex laudabili, & antiqua consuetudine ad hoc vsque tēporis seruata, in Cathedrali cōdantur humo, vbi suus Clericis Tumulus, gratisq. deferantur a Presbiteris, Clericisque eiusdem Ordinis. Sic sanxère Decessores Nostri. Eadem in Cathedrali Basilica Tumulo inferantur Peregrini, Viatores, Hospites, si nihil de Sepultura constituerint, exceptis tamen in Hospitalibus decedentibus, qui inibi poterunt sepeliri. Humandis paruulis Baptismate

ablutis, in Parochiali qualibet Sepulcrum construatur, vel peculiaris aliquis locus in Cœmeterio; Cruxq. sine hasta in eorum funeribus præferatur, sonantibus ritu festiuo, non tamen solemni Campanis. Tumulandis verò abortiuorum, & non baptizatorum corporibus iuxta Ecclesiam locus aliquis constituatur non consecratus.

§ 4 Quamuis vnicuique liceat Sepulturam eligere; obuiam tamen ituri fraudibus, & iniurijs, quæ sæpenumero in eligendis Sepulturis committantur, declaramus, quod, si quis omissa Parochiali, vel Maiorum Sepultura, alteram in alia Ecclesia elegerit, vel elegisse dicatur, electio ex lege probari debet, vel per scriptum autenticum, vel per testes fide dignos, qui tamē ne sint è familia eligentis, vel eius Ecclesiæ, cuius Sepulturæ electio agitur. Quia electio huiusmodi libera esse debet, caueant Ecclesiastici omnes, ne ægroto persuadeant, vt Sepulturam in suis ipsorum Ecclesijs eligant, maximè cum voto, vel promissione, se electionem non mutaturum, Anathematis enim pœnam incurrent, à qua per summum duntaxat Pontificem erunt absoluendi. Aegrotum rogare tantùm licet generaliter, vbinam Tumulo velit inferri, non in hac, vel illa Ecclesia. Suggestionem, si quæ fuerit, vnus tantùm testis satis est probet, accedente fama publica, vel alijs adminiculis, vt aliàs statutum voluère Decessores Nostri.

Clem. Cupiēt. de pet.

Synod. Emin. Carp. tit. de Sepult. c. 1 § 2

§ 5 Cum quis obierit, humandu que fuerit, Campanæ funestum sonent & Parochię, & Ecclesiæ, in qua defunctus Tumulo mandadus sit, & duobus tātum

tĕporibus, quo nimirum vita cessit, quoue tradendus monumento est. Funebris pulsus semihora longior non erit, honesto licèt gaudeat gradu. In præsignandis anniuersarij exequijs in Cathedrali celebrandis die antecedenti noctuque sublustri Campanæ pulsentur per quartam horæ partem, & non vltra, quacunque consuetudine, vel potius corruptela non obstante. Signum salutationis Angelicæ ne detur, nisi Sacerdote vita functo. Si quis repentino correptus morbo decesserit, post horas quatuor & viginti cōdatur Tumulo. Idē seruandū erit in muliere, quæ è partu excesserit. Diutina verò ægritudine è medio sublati, ne āte horā duodecimā humo tradātur. Nec ante Solis ortum, nec post Solis occasum, nec dum Maximum peragitur Sacrum, sine assensu Nostro, Sepulturæ quisquam demandetur. Si defunctus, Spiritu Creatori reddito, efferatur ad proximam Ecclesiam, vnde sit cum pompa ad Tumulum producendus, Custodes funeris in Ecclesia nec comedant, nec bibant, nec colloquantur, sed pro Defuncto preces effundant.

§. 6. In Oratorijs, siue Ecclesijs Confraternitatum, quæcumque illæ sint, Nobis per scriptum non permittentibus, Tumulo ne tegantur Defunctorum corpora: & si cui id iuris datum aliquandò sit, nullum Parochiali Ecclesię iniungatur detrimentum in cereis, quę ad ipsam spectent iuxta aliàs constituta. Nemo siue Regularis, siue Sæcularis ad funus sese conferat, exceptis Parocho, Ecclesiæque Sacerdotibus, ad quam defunctus efferendus sit, ac ijs, quos

Synod. Emin. Vlterij tit. de Sepult.

vel ipse

vel ipse defunctus elegerit, vel Heredes, quique præluri funeri, vocauerint. Si quæ Confraternitates vel inuocatæ accedant, quod in illas adscriptus defunctus fuerit, Decessorum Nostrorum decretis insistentes, volumus, vt adscriptio pro illis nihil faciat, nisi sexto ante obitum mense acciderit. Tunc tamen Cereorum parte nulla gaudeant, neue Feretrum deferant, quo de iam dictum. Confratres ne censeantur interesse funeri, quos vestis non texerit Sodalitij. Sacerdos si decesserit, efferatur indutus Sacerdotalia, manibusque non Calicem, sed Crucem amplexans, & Heredum sumptibus tegatur humo cum amictu, alba, & cingulo. Clericorum, & Sacerdotum Tumulus decentiori in loco sit à Laicalibus disiunctus. Reliqua Cadauera in Feretro collocentur ità, vt manus infra pectus Crucis signum efforment, Crucemque amplectantur.

tit. de Confrat.

eod. titul.

Rit. Roman.

§ 6 Clerus tàm Sæcularis, quàm Regularis cum Sodalitatum Confratribus ad funus conueniant in Parochiali Ecclesia, vel in qua defunctus est expositus, imò & in Cathedrali, si Capitulo quoque funus comitandum sit, vt inde ordine procedant ad efferendum corpus. Hic autem vna tantùm præferatur Crux, sub cuius Vexillo omnes progrediantur, sitque Ecclesiæ, in qua defunctus Tumulo condendus sit, vel, si intersit, ipsius Capituli, cui ex veteri consuetudine id honoris habetur, cum suo quoque Clero omnibus præcessuro, etiam Parocho Ecclesiæ, ad quam Cadauer deferatur. Nullibì & in Ciuitate, & in Diœcesi Crux absque luminibus præferatur.

Sacr. Rit. Cōg. 8 Feb. 1631 & 12 Febr 1633 Synod. Episc. Cenet. 23 Ap. 1629 Cong. Rit. 30. Septemb. 1614

Si quis id neglexerit, arbitrarias exigendas curabimus ab Hęredibus pœnas.

§ 8 Funera comitantes decentèr, & modestè incedant, Clerici quidem in Ciuitate; cum vestibus talaribus, Superpelliceis, & Bireti, extra verò Ciuitatem cum decentioribus Regulares ipsò, & Confraternitatum Sodales pro more suo induti. Nemo vana loquatur, & indecorè agat, sed sanctè ita gerat sese sacras preces effundens, vt qui videant, ad precandum pro Defuncto cæleste Numen excitentur. Si quis, accepto cereo, vel eleemosina, funerisque fine non expectato, discesserit, vel peracto funere Crucem suam ad Ecclesiã vsquè non deduxerit, duplum pauperibus reddat. Funebres orationes haberi nolumus, dum per Nos non liceat.

Cong. Episc. 12 an. 1604. & 1 Iul. 1606.

§ 9 Tumulandorum Cadauera nec á Regularibus efferantur, cum in suis Ecclesijs Monumento inferenda sint, nisi vocato Parocho, eoque annuente, nulla ad id suffragante consuetudine. Parochi sit statuere, quà funus producendum sit. Cadauer, Parocho nõ asserotiente, ne transferatur è loco in locum quod si iàm clausum Tumulo sit aliò transferendum, id ne fiat sine Nostra licentia.

Rit. Roman.

§ 10 In Ciuitate funebres cerei inter Parochialem diuidantur, & Ecclesiam, in qua Sepulcro condatur Defunctus pro more, qui hucvsq. increbuit. In Diœcesi verò seruetur Constitutio Prædecessoris Nostri, nimirum, vt Confraternitati tertia obtingat pars, duæ partes reliquæ Parocho, modò sicubi nulla sit consuetudo, vt media ad Parochum spectet,

Synod. Emin. Carp. de sepult. c. 10.

media ad Confraternitatem. Teneatur etiam inter Diœcesanos consuetudo circa canonicam portionem frumenti, itá vt, vbi pro more non soluatur, & præcipuè in Puerorum funeribus, Parochus ne exigat, nec à pauperimis, & miserimis, quibus nihil in bonis sit. Dum Defunctorum corpora sepeliuntur, adsit Parochus, vt cuiusvis superstitionis tollatur occasio, & nihil surripiatur præcipuè è vestibus Defuncti.

§ 11 Omnes, & singulos Defunctorum consanguineos, & alios quoscumque prohibemus Cadauera cum fletu, & clamoribus ad Ecclesiam comitari. Hortamur potius vt suffragentur eleemosinis, pijsque alijs operibus. Monemus Parochos omnes, Ecclesiarũmque Rectores, ne Sepulturæ tradant, quos ius ipsum ab ecclesiastica arceat Sepultura, Infideles, Iudęos, Hæreticos, licet post mortem appareret de hæresi, publico Anathematis fulmine tactos, notorios Clericorum percussores, vel nec declaratos, siuè denunciatos, dummodò ante decessum contritionis non dederint signa, quæ vnus etiam Testis probare possit, Raptores manifestos, nisi restitutio facta fuerit, vel in promptu sit, vita exutos in duellis, vetitisq. torneamentis, publicos Vsurarios, nisi alienum reddiderint, vel saltem idoneam de reddendo cautionem reliquerint, Infantes vel Adultos, qui sine baptismo excesserint, fœtibus exceptis in matrum vteris qui vtpote partes viscerum, cum ipsis vna, eademq. sunt affiiendi sepultura, publicos Peccatores, quos mortalis vita destituerit, nullo edito contritionis

c. Excõmun. § credẽs de hęret. c. sacris. de sent. excõmu Clem p de sepult. Cong. Epis. in Nò ã. 19 Iul 1610 & dic. Clẽ c. super Reo de Raptor.

c p. & 2. de Torneamen. c. qu a te V sur. c qnoniã. eod. Tit. in 6

signo, sui ipsorum Paricidas, nisi vel morbus, vel furor necem conflauerit, I::confessos eo anno, sacra Eucharistia non refectos atque ità miserimè è viuis ereptos, doloris, & contritionis signis minimè præstitis, vel de Co:fessarij consilio prorogatione non data, Regulares proprietarios, si incorrecti abierint, nō restituentes decimas ecclesiasticas, Paricidas, publicè Blasphemos, nisi pœnituerit, & pœnitentiæ iniunctæ satisfactum fuerit, notoriè Concubinarios, si impœnitentes vita decesserint: Ex his tamen omnibus nemini ecclesiastica interdicatur Sepultura per Parochos sine Nostro mandato. Si quem verò ex prædictis Tumulo mandauerint ecclesiastico, pœnas subibunt per sacros Canones indictas, cùm si id factum fuerit, corpora, nisi planè dissoluta, & indiscreta fuerint, è Sepulcris extrahēda sint, Ecclesięque reconciliandę.

c. Placuit 23. q. 5. c. Vtriusq. Sex. de Pænit. rem.

c. monac. de statu monac. c. Prohibemus de Decim. c. 2. in fin. de Malefic. c. quæsitum c. quibus 13 q. 2. dicto c. Placuit 3. q. 5.

De Qre-

De Quęstoribus.

TIT. XIII.

CVM sacrosanctaTridentina Synodus prauos, iureque ipso damnatos eleemosinarum Quęstores tolli omninò debere statuat: nulla enim peior furantium species, quam quæ adulterino, fictoque pietatis, & religionis obtentu eleemosinas surripiunt, & extorquent, in detestabile hoc hominum genus hæc sancienda duximus. *Sess. 21. c. 9. de Reform.*

§ 1 Nemini in Nostra liceat, & Ciuitate & Diœcesi id officij exercere; Imò á decretis non discedentes eiusdem Synodi, vt indigna hæc labes radicitùs euellatur, Parochis arctè præcipimus, vt, quos compererint per suas Parochias diuàgari quęritaturos eleemosinas, omninò exterminent, non patientes vllas vspiam eleemosinas quæritàri; Regulares excipimùs, qui in Diœcesi Conuentus habent, & Cœnobia, proq. illis quæritant, eosque, qui potestate à Nobis scripto accepta pro pijs locis iuxta formam Sacræ Congregationis Concilij id muneris obierint.

§ 2 Qui hanc à Nobis potestatem impetrauerint, è coactis eleemosinis nihil in suos vsus traducant, nullas euulgent in quęstuando Indulgentias, nullas habeant conciones, nulla communicent priuilegia, nullas circumferant Reliquias, nullas exosculandas præbeant Imagines, nulla grana benedicta distribu-

ant, nul-

ant, nullas Campanulas, aliaque id genus ad excitandum pulsent. Eleemosinam ne petant, quod erogari vel debeat, vel soleat, aut minitabundi, aut artificiosi pretextu precationes recitandi S. Antonij, vel alterius Cœlitis, vel animalia signandi, vel agris benedicendi. Piè ac modestè sese gerant, collectasq. eleemosinas in necessarios piorum locorum vsus expendant. Quos contra facere non puduerit, ad Nos deferantur, pœnis vtique grauibus afficiendi. Quin etiam Parochi eijciant, literisq. concessis exuant, pecunias, supellectilia, & quæcumque acquisierint, auferant; captos etiam, si oportuerit, teneant, donec Nos certiores facti carceri mancipemus, iustas daturos nequitiæ pœnas.

Clē 7 de Pœni. & remiss.

§ 3 Nullus posthac Laicus, qualiscumque sit, quauis consuetudine vel immemorabili contra non obstante, pro quauis Ecclesia, aut quouis pio opere, pro peregrinatione, quæ ad sancta loca suscipienda sit in hac Nostra Diœcesi quæritet, causa à Nobis diligenter vero examinata, & facultate per Nos scripto non data. Contrafacientibus Carceris pœnam intentamus, aliasq. quas Nostrum contineat arbitrium. Rescindimus intereà facultates omnes, quæ à Nobis, Nostrisq. Administris fortassè ad id vsque tẽporis cuiuis hominũ generi cõcessæ sint, quæritandi.

Clem. 2 § vlt.

§ 4 Nemini liceat verecundiæ, & pudoris prætextu operto vultu ad eleemosinas petendas in publicum prodire, nisi permissum à Nobis scripto fuerit, iam probata petentis, & egestate, & bonitate. Si quos aliquando vel Hæreticos, vel Iudæos ad Catho-

licam fidem proximè conuersos, impetrata a Nobis facultate, per Dœcesim eleemosinas quæritare viderint Parochi, per quam diligentèr explorent, an veræ Religionis indicia præbeant, an comessabundi Tabernas frequentent, an cum Scortis stipes conquisitas absumant. Quos nouerint noxas hasce contrahere, ad Nos, nulla mora, deferant.

§ 5 Sæcularia Sodalitia ad pia tantùm opera exercenda eleemosinis vtentia tàm in Ciuitate, quàm in Diœcesi, eleemosinas publicè ne quæritent, nisi potestate à Nobis scripto facta, quæ singulis quibusque annis sit renouanda. Si contra fiat, afflictiuę, quas vocant, persoluentur pœnæ pro Nostro arbitrio imponendæ: nec non eædem exigentur pœnæ, nisi eleemosinæ iàm coactæ in Codicem referantur, cui tradi soleant, & accepta, & expensa, vel si vltra prefixa concessionis quęritãdi metam fuerit excessum.

Synod. Emin. Cap. & Allerij tit. de Quæst.

De Monte Pietatis, & alijs frumentarijs

TIT. XIV.

VT Montes, qui ex Christi fidelium charitate ad leuandas egenorum angustias, pluribus in vnum congestis eleemosinis, eriguntur, cum fide, integritate, ac prudentia administrentur, qua decet, vigilantia enitendum est, ne Montium nomen amittant, si decrescant, neue pauperes expostulandi locum habeant, si leuamentis careant.

Concil. Trid. sess. 22. c. 8.

§ 1 Monemus in primis omnes, & singulos Montis Pietatis Administratores, Priores, & Officiales, ne quouis prætextu pecunias quoquomodo ad Montem pertinentes, etiam cautione accepta sibi reddendas breui, in alios conuertant vsus, quàm in eos, quos primæua Montis erectio destinauerit. Qui secus fecerit, certò habeat se per Excommunicationem sacris ipso facto inetrdicendum, quæ Summo Pontifici reseruata est ex Constitutione Pauli V. quæ apponetur infra.

Paul. V. 1615

§ 2 Eadem Excommunicationis pœna, cuius absolutio Nobis reseruatur, exigetur continuò ab ijs, qui pignora Monti credita auferant, ad breue etiam tempus commodent, Domino restituant, nullo persoluto prætio, & quocumque pacto in deterius mutent. Pręter excommunicationem, onus Administratores sustinebunt, quo antedicta reddant, satisque Monti

Synod. Emin Alterij sess. 4. c. 7

faciant

faciant de suo, & quidem, vt leges loquuntur, in solidum.

§ 3 Vt pignora sine iactura accipiantur, statuimus, vt pignori nemo accipiat arma, libros, vestes, & lanea, quæ cum non facilè redimuntur, tum facilè corrumpuntur, & emptores non inueniunt. Eandem dicimus Legem, de sacris supellectilibus, de horologijs, cum illa humanis commercijs non subsint, hæc rubiginem cõtrahantà præscripta circũactione torpescentia. Qui ea in re peccauerint, non modò Monti damna sarcient; verum etiam pœnam soluent scutorum, decem qui in Montis vsus expendantur. Eandem in eos decernimus pœnam, qui Montis pecunias alijs tradant pignoribus reipsa non depositis quę in prętio semper duplo excedant pecuniam mutuò datam. Synod. Ard. Inc. cit.

§ 4 In quoduis pignus ne plus mutuò detur, quam scuta decem. Qui pluribus indigeat, ad Nos confugiat, qui pignore expenso, Montisque, ac pignus dantis commoditate examinata bene visum dabimus excessum. Elapso biennio, quæ à Dominis redempta non fuerint pignora, plus offerenti, tuba præcinente, væneant. Qui in hoc munere suo defuerint, soluere cogentur pecuniam, quæ pro pignoribus debeatur Monti.

§ 5 Vt crebra rationum redditione, statusque Montis recognitione faciliusMontis bona seruentur, iubemus, in exitu singulorum mensium Thesaurarium Nobis, vel Vicario Nostro Generali deferre rationes Mense illo redditas iuxta schedulam iussu

Nostro in lucem editā. In calce verò cuiusuis anni ne missa fiat altera rationum subductio de ijs & quę ad Aerarium, & quæ ad pignora pertineant, viris, quos Congregatio legerit. Si secus fiat, dabuntur pœnæ pro arbitrio Nostro constituendæ, aliæq. quas Montis ipsius statuta describunt. In singulos menses lustrentur per Officiales pignora omnia, puluere cum sordibus excusso. Si eorum culpa pereant, Monti satis de suo faciant.

d Syn. vbi sup.

§ 6 Frumentarij Montes, qui in Nostra Diœcesi frequentes, & modo magna ex parte Officialium incuria solo propemodum æquati, vt ad leuamenta pauperum in pristinum reuocentur statum, augeanturque in dies magis; præceptum volumus, vt in posterum singulis annis prima die Dominica Augusti, Confratres, alijque, quorum custodiæ Montes incumbant, assistente Parocho, sufficientique Consodalium numero, conuentum habeant, in quo Prior, vel Officialis maximus bonos duos, idoneosq. Frumētarij Montis Administratores proponat suffragijs deinde à tota Confraternitate vltra mediam partem approbandos. Caueant tamen Priores, & Confratres, ne quem minus administrationi aptum, idoneumque & proponant, & approbent, scientes se damnum de suo resarturos, quod malè administrantes relarcire non potuerint.

§ 7 Officiales ad Montem administrandum sic electi, toto mense Septembri proximè consequente frumentum a Decessoribus distributum, & exactum accipere & in libro peculiari in id asseruando sese

accepisse

accepisse fateantur, ipsique Decessores pro frumento non exacto debitores Montis notentur à Parocho.

§ 8 Distributionem frumenti in egenorum vtilitatem mense Octobris proximè subsequente initium habere volumus, & quidem adstante Parocho. Vltra quartam Rubri, vt cum vulgò loquamur, partem cuilibet familiæ, non data, scriptaq. per Nos facultate commodari prohibemus. Qui accipiant, Camerali obligatione sese obstringere iubemus, se mense Augusto, qui proximè consequitur, tantundem restituturos, accedente vel fideiussione, vel pignore. Distributio in Libro, quem diximus, sigillatim notetur cum nomine, & cognomine tám accipientis, quàm fideiubentis, & quale sit pignus. Horum omnium conditiones non aliæ fiant, quam quæ supra, cum de Monte Pietatis ageremus. E contra in eodem Libro scribatur quoq. quælibet frumenti restitutio.

§ 9 Hac mutuatione nullo pacto gaudeant, qui Sodalitati vel frumentarij Montis debitores sint. Qui mutuò dederit, aureum soluat damnumque, si illatum fuerit, de suo reparet. Vt Montes huiusmodi indigentibus excrescant, non decrescant, frumentum mutuo acceptum vberiori reddatur mensura, per quam frumenti iactura instauretur, quam mures, vel formicæ, vel alia, qui mos est, attulerint, expensæque ad frumentum conseruandum necessariæ sarciantur. *Leo X. An. 1515*

§ 10 Administratores, qui frumẽtum distribuerint, ad quintam ac decimam diem Septembris, exactum & acceptum habeant: Alioquin de suo, quod eorum

 negli-

negligentia defuerit, successoribus tradant. Locus, qui frumentum custodiat, & asseruet, duabus, ijsq. artificio contrarijs, communiatur clauibus, quarum alteram vnus, alteram verò alter penes se habeat ex Administratoribus.

§ 11 In singulos annos, expleto munere, icoram Parocho exacta administrationis ratio reddatur, solidatæque rationi in antedicto libro subscribat ipse Parochus, qui de omnibus post dies quindecim Nos doceat. Si quid ea in re omittatur, arbitrarijs per Nos luetur pœnis, quæ nullo pacto remittentur. Ijsdem pœnis affici volumus Administratores, & Officiales, qui quauis de causa, ad quoduis tempus, sub quauis obligatione, Nobis, Successoribusq. Nostris scripto non assentientibus, præter quam in destinatos vsus, licet exiguum, Montis frumentum pauperibus commodent.

§ 12 Hę demũ Sanctiones, & hæc Decreta, quæ Italico sermone Nostræ huic Synodo in fine apponentur, in Librum antedictum referri, vt ab omnibus videri, legique possint publico aliquo in loco affigi cujuslibet Sodalitatis, & in Congregatione, in qua Administratores aggregandi sint, in singulos annos per Parochum publicari volumus.

De Sacramentis in genere.

TIT. XV.

SAnctissima Catholicæ Ecclesiæ Sacramenta à Christo Domino instituta, quæ Rem Christianam ita firmant, & stabiliunt, vt nostræ Religionis columnæ non immeritò appellentur, tantisque per sacratissima Redemptoris merita gratiæ,& gloriæ muneribus Christi fideles cumulant,ditantq. vt nonnullis iure optimo dicantur Cælicæ Sionis portæ,mirum sanè est, quanta veneratione tractanda sint, quantaq. cum reuerentia suscipienda. Cō.Trid. Can. i de sacram. Lyrā.inProa.9 Incognit. in Psal.9

§. 1 Cautum velint in primis Parochi, ne quàm religiosissimè Sacramenta non ministrent, Christiq. fideliū animos ad ea sumenda incēdant,multumq.in eo locēt studij,vt sumpturis Sacramentorū vim explicent,vsum excellentiam,&gratiam,sacrosq.ritus quos in eorum administratione adhibendos statuit Ecclesia àChristiano Catechismo non discedentes. Concil. Trid. sess.24 de Reform.c.7.

§ 2 In ipsis tātū Ecclesijs,non vrgente necessitate, extremaq.vnctione potissimū excepta,SacramētaParochi ministrent, & quidem superpelliceū, &stolam supra decentē vestē induti,seruantesq. ritus quosPaulus V.Rituali suo Romano prescriptos voluit.In singulisSacramentis materia,ac forma teneatur, quam & docuit,&probauitEcclesia mater sanctissima,re nulla omissa,mutata,interiecta,trāslata;sed distinctè expres- Paul. V. const. 85. Catech. Rom. 1 deSacram.in gen.618

ſa, cum intẽtione faciendi, quod ipſa intẽdat Eccleſia

§ 3 Sacramenta adminiſtraturi, ſi à lethali ſe labe ſordeſcere ſcſerint, eorũ tractationẽ perhorreſcant, nõ ſordibus Cõfeſſione elutis. Si cõfeſſarij copia nulla ſit ſaltem animo conterantur, ne, dum alijs remedia, ſibi parent exitia. In ſua quiſq. Parochia ſuum per ſe munus obeat, neq. alijs credat in Sacramentis pręcipuè miniſtrandis. Sub clauibus ſint, ijſq. occludãtur Euchariſtia ſãctiſſima Baptiſmalis aqua, ſacrũ quodlibet oleum: eaſque Parochi apud ſe retineant, neue credant, niſi Sacerdotibus, qui à Nobis probati ſint.

Dionis c. 1. Eccleſiaſt. Hierarch.

1 Cor. 3.

Ca. vltii 5. q. 8

Synod. Emin. Carpin. de ſacram. in g. c. 4

§ 4 In alienis Parochijs per alios, ipſis Parochis inuitis, ne liceat Sacramenta miniſtrare, grauibus, ſi ſecus fiat, pœnis per Nos mulctandos. Excommunicationis fulmen in Regulares ſtatim torquebitur, ſi quæ in alienis Curijs Sacramenta conferre auſi fuerint, ſiue Euchariſtiam, ſiue Extremã vnctionẽ, ſiue Matrimonium, ſiue ſolemne Baptiſma, non niſi a Summo Pontifice abſoluendos. Aegro cuicumq. in alterius Parochiæ finibus nemo Parochus Confeſſionẽ, Cõmunionẽ, Vnctionem, animæq. cõmendationẽ pręſtare audeat. Quarta tamen funerali, ſi vita ibidem ceſſerit, proprius Parochus nunquam fraudetur.

§ 5 Sacramẽta petẽtibus, & expetẽtibus præſtò sẽper ſint Parochi, quin & vltrò exhibeant, morbo pręcipuè laborantibus, ſenioq. confectis, & quidem diu, noctùq. omni & commoditate, & cura poſthabita, nulloq. retandante vel diſtãtię incõmodo, vel cõtagionis metu. Oues propterea ſibi creditas ſedulò paſcant & ad Sacramentorum pabula ſæpiſſimè inuitẽt. Si

D. Thom. 2. 2. q. 185 art 5

Parochi culpa, vel ignauia contigerit, vt diem aliquis obeat suum Sacramentis non munitus, & Infans non ablutus Baptismate, in illum non deflagrabit modò Diuinæ vltionis iustissimus furor, quippè qui de animabus illis rationem redditurus Deo sit; verum etiam á Nobis aureorum triginta in quemlibet casum petetur pœna, cui accedent & aliæ grauiores ex Nostro arbitrio. *Cā si Præsdis & seq. 24. q. 0*

§ 9 Ne à detestabili lucri cuiuspiam cupidine sacerdotalis gradus, sacrarumq. rerum euilescat vsus, & scandalis præbeatur occasio, in Sacramentorum, & Sacramētalium administratione nemo quicquam vel modicum, vel exiguum, siue directè, siue indirectè, siue per se, siue per alium; quouis adicito prætextu, & colore, etiam consuetudinis, aut eleemosinæ, aut tenuitatis beneficij petere, vel exigere: illa tantùm liceat per Nos accipere, quæ in eleemosinam spontè, ac liberè offerantur, ne vlla oboriatur sacro Ordini auaritiæ suspicio. *Cong. Concil. 1 Feb. 1593.*

§ 7 Laici ad sacramentorum sumptionem, vel ad Infantium sacro è fonte susceptionem ne admittantur, nisi Christianę fidei rudimentis fuerint satis instructi, nisi quodlibet armorum genus, si deferant, chirothecas, vel alia huius notæ aliquam lasciuiam, aut prophanitatem præseferentia deposuerint. Mulieres quoq. sacramentorum liberalitate ne dignentur, non honestè modestèq. ornatæ, & indutæ, & non accedentes velato capite apertaq. fronte.

TIT. XVI.

Rit. Rom.

PRimàs inter Sacramenta obtinet Baptismus, per quem peccatorum vinculis eximimur è potestate tenebrarum erepti, & ex non filijs inter filios allegimurDei,vt sapientèr sanctissimus ille Antistes char is consignauerit,quod sit *Virtutum vita, criminum mors, Natiuitas immortalis, Innocentiæ adeptio, Peccatorum naufragium*, & ad Cœlum, quantum in ipso est, rectà vehimur, vt non temerè dictus aliquandò sit *Currus esse nobis ad Cœlum*. Hinc non mirum,si, qua die institutus per Christum Dominum fuit, Spiritus sanctus apparuit, & Cœli simul aperti sunt.

Optat Mileuit. Episc. aduersus Parmenianum

Cirili Hierosol Præf. in Catechescs.

Luc. 3.

§ 1 Parochi igitur inuigilent, vt in tanto Sacramento suscipiendo prauæ, quæ identidem surrepunt, tollantur consuetudines, omnisq. exulet tanta è sanctitate superstitio. Laicos ne sinant, pœnas alioquin ex arbitrio Nostro irrogandas passuri, contrectare sacraOlea, Baptismalē aquam, aliaq. sacro inBaptisterio seruari solita. In ministratione à Ritualis Romani præscripto ne discedant; præter Cereum, vel aliud quoddam, quod exigui sit momenti, & spontè oblatum pro collato Sacramento ne accipiant.

§ 2 Non cogente necessitate, in Baptismali tantùm Ecclesia, & ab illius Ecclesiæ Parocho Baptismus

ministre-

miniſtretur. Vbi verò alij neceſſariò miniſtraturi ſint, ſacro hoc miniſterio Mulier corā Viro abſtineat, Laicus corā Clerico, Clericus corā Sacerdote: vno verbo, inter circūſiſtentes digniſſimus baptizet. Parochus baptizaturus ſtudioſè inquirat, an infans domi Baptiſmo initiatus ſit, quænam materia, quæue forma adhibita, an peracta illa omninò ſint, quę immínente periculo, expoſcuntur in domeſtico Baptiſmo. Si baptizatum comperer it, Irregularis fiet rebaptizans. Ritus duntaxat in Eccleſia addat, & ſolemnitates cum forma vſus conſueta, quæ in more poſitæ ſunt. Si quid dubij ſit, rurſus abluat ſub conditione, ſi non es bapt.zatus, ego te baptizo &c. Baptiſmales ceremoniæ plures licet Infantes abluendi Baptiſmo ſint, ſeparatim Impleantur.

Concil. Conſtā. c. 31.

Ritual. Rom. Synod. Emin. Carp. hoc ti. c. 2

§ 3 Cum Infantes ſuapte natura imbecilles multis pateant vitę periculis, ne ſine Baptiſmo vita migrēt & irreparabile animarum detrimentum ſentiant, præceptū planè volumus, ne vltra triduū Baptiſmus protrahatur, ſi quid tamèn videatur inſtare diſcriminis, nulla prorſus interponatur mora. Segniter id facientibus graues à Nobis imponentur pœnæ pro arbitrio. Cum pluris Chriſtiano homini ſit ſub Cœlitis alicuius patrocinio vitalia hæc ſtipendia facere, eumque & veneratione, & imitatione proſequi, diligens à Parochis detur opera, vt nota Sanctorum nomina Baptizandis imponantur, ethnicis, & incongruis relictis. Expleto Baptiſmo, libro Baptizatus tradatur cum Parentibus, cum Sponſoribus, ſiue Patrinis, ac ipſa die Baptiſmi, ſeruata omnino ad uer-

bum formula Ritualis Romani. Si quis id facere neglexerit, pœnam luet aureorum trium.

§ 4 Vnus tantum Patrinus è sacro fonte suscipiat. Duo quoque, non plures, admittantur, è quibus mas vnus sit, fœmina alter. Hac sponsione, & susceptione omninò prohibeantur Infideles, Hæretici, Excommunicati, Interdicti, Facinorosi, Meretrices, Concubinarij, Blasphematores, Vsurarij publici, Publica infamia notati, Muti, Non confirmati, Insani, Ignari rudimentorum fidei, eo anno non confessi, ad Eucharisticam mensam proximè superiori Paschate non epulati. Data per Nos potestate, suscipere etiam poterunt Religiosi, Clericique in sacris constituti.

Cōc. Trid. ses. 2 c. 2 de Reform.

Can. non licet. Can. Monachi de Consecr.

§ 5 Patrini moneantur à Parochis de affinitate, siuè cognatione spirituali, quæ inter ipsos, & Baptizatos, eorumque Parentes contracta est per Baptismalem regenerationem, ità vt Matrimonium inter eos celebratum dirimendum omninò sit. Moneantur etiam de onere, quod subeunt, baptizatos ad ea informandi, quę ad salutem necessaria sint, vt spondere Deo dignè possint, nunquam futurum, vt aberrent à fide. Quò id facilius Patrini & intelligant, & exequantur, cum spiritualis cognatio naturalem imitari debeat, id muneris ne suscipiant, nisi qui quartum ac decimum ætatis annum agant, vt iuxta naturæ ordinem Baptizandorum Patres esse possint. Insuetas prohibemus pompas, quibus ad Ecclesiam Baptizandus defertur, & excedentia Patrinorum munera, nè pium, sacrumque opus abeat sæ-

D. Thom. p. 3 q. 67 4 in corp.

pissimè

pissimè in luxum. Cum Baptizatus deportatur ad Ecclesiam, vt satis tantũ Ecclesiæ in cæremonijs fiat, nouus ne adhibeatur Patrinus, quia in ablutione cognatio contrahitur. *Si* per Procuratorem Patrinus admittatur, vnius Patrini vnus sit Procurator; si alter sit Patrinus, altero vtatur Procuratore.

§ 6 Baptismales omnes Ecclesiæ pro commoditate loci Baptismalem fontem habeant è marmore, vel solido lapide, aut è lateribus ità coagmentatis, vt nulla è rimula effluat aqua. Decẽti in loco extructus sit. Tria saltem cubita in altitudinem surgat, duo in latitudinem pateat, siuè ouatum, siuè sphæricum sit. Si fieri possit, in duas intro diuidatur partes: Altera Baptismalem aquam seruet, altera verò candẽ aquã excipiat iã Infãtis capiti infusã, & in sacrariũ per fistulam fonti adiacens demittat. Si nec vllum ibi sacrarium sit, nec possit commodè extrui, peluis aquam illam excipiat, quæ cum alia, qua Sacerdotis manus exterguntur, in consuetum proijciatur sacrarium. Fontẽ tegat Pyramidale aliquid siuè lapideum, siuè ligneum, quod conopæo albo operiatur ex decẽti materie, habeatque in superiori parte armariolum, vel certè in vicino pariete, quo asseruanda sint Rituale Romanum, Mantilia duo munda, Vas, quod suppositum capiti Baptizandi infusam aquam excipiat, Cochlear ad illam infundendam ex argento, vel auricalco ita efformatum, vt ex anteriori labio ad sinistram tantillum prominente ritu stillicidij aqua tenui fluxu extillet cum longo manubrio, cuius extremitas subadunca sit, vt appendi possit: Duo itidem Ritual. Rom.

vasa ex argento, vel saltem è stanno, quorum vno decēter, ac tutò custodiatur Chrisma, altero verò Oleū Cathecumenorum, suo cuique vasi inciso nomine, vt vnum ab altero distinguatur. Quò clarius niteat Baptismalis vnda, inter Pyramidale illud, & Baptisterium lignea tabella ponatur, quę fontem occludat, & facilè, cum Infantes Baptismum percepturi sunt, amoueri possit. Pyramidis, vel Ciborij interiora exornentur albo serico, vel saltem cæruleo colore depingantur.

§ 7 Salutari huic fonti quò maior accedat venustatis species, decens vmbella imponatur. In Pyramidis fastigio, vel in proximo pariete, vel pingenda, vel sculpenda curetur imago S. Ioannis Baptistæ Christum seruatorem in Iordane baptizantis. Vbi per situm liceat, Cancelli circumsepiant, clauibusque firmētur, ne quis accedat superstitiosa moliturus maleficiorum genera. Aqua Baptismalis ne ad ægros curandos, aspergendaque domicilia porrigatur cuiquam, grauibus pœnis pro arbitrio propositis. Patrinos etiam prohibeatur, Infantis verticem, aliasque partes sacris oleis à Sacerdote inūctas extergere.

§ 8 Quo temporis momento verba Baptizans profert, eo ipso infundat aquam, quę Baptizandum tangat, tantumque adhibeatur aquæ, vt moraliter quod aiunt, ablui credatur Infans, cuius abluantur & capilli, & capitis cutis. Nulla alia vtatur aqua, quam naturali, & elementari, siue calida sit siue frigida, siue è puteo, siue è fonte, siue ex imbre, siue è balneo. Artificiales omninò à Baptismo relegantur,

Cōc Trid. ses. 7 de Baptis. c. 2.

quales

quales mixtæ omnes, lacrymæ, saliuæ, ceruisiæ, aliæque guttatim extractæ.

§ 9. Infantes siue in via, siue in nemore inuenti, vel ad Hospitalis alicuius Ecclesiæ, Sacellique fores expositi, si quæ oriatur de suscepto Baptismate dubitatio nullo syngrapho, nulloque homine fide digno ea de re testimonium afferente, cum conditione, vt supra, initientur Baptismate. Quos adhuc Matris vterus claudit, vtpote ignotos Ecclesiæ, grauis licet vrgente necessitate, grauique mortis imminente periculo, ne baptizentur. Si Matre laborante, fœtus quamuis aliã emiserit partẽ, non caput, in parte emissâ baptizari poterit, instante periculo. Si totus deinde in lucem viuens prodeat, Baptismum sub prædicta conditione repetat. Si monstrum partu mulier ediderit, diligenter exquiratur an Baptismali ablutione dignum sit: Si hominem ratione vtentem referat, abluatur; si dubia forma sit, abluatur quidem Sacrosancto lauacro, sed cum conditione. Si Polycephalum, vel Polythoracum, hoc est multa habens vel capita, vel pectora in lucem prodierit, vnde probabile sit esse & Polypsichium, i. habere plures animas, capita omnia, omnia pectora successiuè baptizentur. Si quid dubitationis accidat, spectabiliori siue capite, siue pectore baptizato, reliqua cum conditione initientur baptismo.

§ 10 Baptismalis aqua in singulos menses à sordibus expurgetur. Quotannis Sabbato vel Resurgentis Domini, vel Spiritus sancti illabentis solemnia præcurrente oleis admixtis, statisque benedictioni-

Concil. Triden. c. 2. de Baptis.

Rituel. Rom. Decret. Clem. VIII. relat. à Viet. in annot. ad Poss.

Rit. Rõ de Bap. paruulorum

bus re-

bus renouetur. Liceat Parocho, si intra annum imminutam adeò viderint, vt satis futura non sit, è noua aliquid, nō tamē priorē excedēs, & coæquans admisceat. Linteola, cereos, aliaq. in Baptismi administratione adhibita ne i prophanos sed in Ecclesiasticos vsus cōuertantur, vel potius comburantur, cineresq. in sacrarium proijciantur.

§ 11 Parochorum negligentiæ occursuri, qui sacra olea recens benedicta à Cathedrali Nostra accipere opportunè negligant, veteribus interim ex occasione vtentes, omnibus & singulis vniuersæ Nostræ Diœcesis Parochis Baptismalium fontium benedictionem celebrantibus strictè mandamus, vt in ipsam benedictionem sacra olea ab hac Cathedrali vasculis stanneis lignea arcula, quam clauis obseret, inclusis per Clericum delata habeant, pœna contrafacientibus scutorum quinque indicta.

Ritual. Rom.

§ 12 Vbi ad hoc vsquè temporis nullus Baptismalis fons, nouus ne extruatur, Nobis non annuentibus. Parochiæ fontem habentis Infantes alterius Parochiæ ne abluantur fonte. Id enim culpæ suas dabit ex arbitrio Nostro pœnas. Curiones, siuè Parochi omnes, & Clerici in Baptismalis Ecclesiæ finibus degentes sacri fontis benedictioni intersint. Quia in singulis Ecclesijs Baptismalibus Ministrorum paucitas efficit, vt fontibus decenter benedici non possit, à Decessorum Nostrorum Decretis non recedentes decernimus, vt ad benedictionē fontis Ecclesiæ Vicariæ foraneæ Presbyteri, Clericique omnes Vicariæ illius accedant: Inter Parochias autem Ba-

Syn. Em. Carp. par. III. c. 9.

ptiſmales alternatim benedictio quotannis fiat, accedentibus, qui illarum finibus continentur, Parochis, ita vt quo anno fontes nonnulli nõ benedicantur, è fonte benedicto Parochi illorum Baptiſmalem aquam reuerenter ad ſuos deferant in Vaſe vel æreo, vel ſtanneo non indiligenter occluſo, alboque velamine circũtecto, ne pœnas perferãt, quas Deceſſores Noſtri comminati ſint.

§ 13 Curent Parochi, ne qua mulier obſtetricem agat, quam non conſtet ſatis noſſe verba in Baptiſmi ſacramento cum Aquæ infuſione proferenda, & à Nobis, vel Vicario Noſtro Generali facultatem accepiſſe. Fine facto Baptiſmati Parentes, ac Nutrices acerrimè prohibeant, ne pueros anno minores ſecum in lecto ſine capſula habeãt, lethaliter alioquin peccaturas, nec niſi à Nobis abſoluendas.

TIT. XVII.

Can. 1 de Cõfe. dist. 5 D. Thõ. 3 p. q. 72 a. 1. in corp.

CVM per ablutionem Baptismatis Christianæ militiæ nomen homo dederit, consentaneum omninò est, vt per vnctionem Confirmationis perinde ac bonus Athleta ad debellandos humani generis hostes, *aereasque*, quod aiebat Archipræsul ille sanctissimus, *superandas potestates* animo roboretur. Ergo tantum sacramentum non solum omni expetendum voto est, sed etiam omni cum religione suscipiendum.

S. Ambros apu. Baezam.

§ 1 Monemus itaque Parentes omnes, vt suis liberis cœlicum hunc clypeum ad palmas facilius referendas, salutemque adipiscendam haud dubiè necessarium induere ne contemnant, & iam clypeatis reuocent sæpius in memoriam, illos Confirmationis clypeo obarmatos, ne, amissis parentibus cum memoria fugerit, dubitationi locus detur, & quæstioni, an Sacramento Confirmationis initiati sint.

§ 2 Parochi vt nouerunt hoc Sacramentum proximè ministrandum, aliquot ante dies Populum erudiant sibi in fidē traditum ad omnia, quæ ad salutarem Sacramenti susceptionem opus fuerint, doceantque in primis, grauem ijs, & culpam committendam, & pœnam exoluendam, qui secunda vice susceperint.

Can. de 8 Confir. dist. 5.

§ 3 Sep-

§ 3 Septennio minores, Nobis non permittentibus, ne confirmentur, vt ea in ætate sint, quæ, quid agatur, intelligant, & memoria teneant. Adulti accedant confessi, sacręque Eucharistię ferculo refecti, vel saltē contriti, & si antemeredianis horis ieiuni, si pomeridianis parcè, ac sobrie epulati. Confirmandi, & cum ijs Susceptores, siue Patrini, positis armis, modestius sistant sese; & si mulieres, velato capite, si mares, à mulieribus seiuncti. Indigni Sacramenti huius perceptione censeantur Excommunicati, Interdicti, facinorosi, quique ignorent rudimenta fidei. Pontif. Româ. Can. vt ieiuni. de cōsec. dist. 5. Pontif. Rom.

§ 4 Patrini, & Matrinę, siuè Compatres, & Commatres ijdem, eædemque ne sint in Confirmatione, qui, quęue fuerint in Baptismo. Singulis Confirmandis singuli adsint Patrini, Mares maribus, Fœminæ fœminis, & maiores natu, quàm qui confirmentur. Patrini munere ne fungantur Pater, Mater, Maritus, Vxor cum Liberis: Itē nec Excommunicati, Interdicti, flagitiosi, prima veræ fidei dogmata non tenentes, & nondum Confirmati. Vnus, vel ad summum duo in Confirmatione suscipiantur. Si paruuli fuerint, in brachio dextero teneant: Si adulti dextero pedi suo & dextrum illorum supponant pedem. Sciāt ipsorum partes esse, Confirmatos Doctrina Christiana, Christianisque moribus imbuere: interque ipsos, & Confirmatos, eorumque Patrem, & Matrem cognationem spiritualem contrahi, ita vt Matrimonium initum dirimendum omnino sit, quod & de Baptismo demonstratum est. Ibid. Ibid. Cōcil. Trid. sess. 24 de ref. c. 2.

§ 5 Confirmandi, si quę gerant ex Baptismate

nomina, quæ Christianum hominem minus deceant, in alia, quibus Cœlites appellati sint, commutent, petantq. ab Episcopo Confirmante, vt commutet. Victam albam, & mundam secum deferant, quo Sacro Chrismate inunctis obligetur frons, quamque sacerdos soluat, & exurat, cum iam sacra vnctio exaruerit. Ab Ecclesia ne discedant, nisi cum bene illis Episcopus precatus fuerit.

§ 6 Vt quales sint Confirmandi, Confirmationisq. susceptio possit rite libro mandari, præceptum volumus, vt nemo accedat hoc Sacramento initiandus, nisi cum Parochi sui schedula, quæ doceat de Nomine, Cognomine, Patre, Matre, Patrino, Matrina, Parochia, atque ætate demùm Confirmandi. Schedulæ autem, Confirmationi ministrandæ fine dato, subscribat Cancellarius Noster, qui libro, quo Confirmati omnes perscribi consueuerint, testimonium illud de accepta Confirmatione appingat. Eandem indè Schedulam Confirmatus ad Parochum referat, qui suo Confirmatorum codici tradat cum die, & Ecclesia, quo, & in qua Sacramentum fuerit administratum.

De SS. Euchariſtiæ Sacramento.

TIT. XVIII.

AVguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum inter alia omnia maximum, & nobiliſſimum, cum re ipſa corpus contineat, & ſanguinem Domini N. Ieſu Chriſti in Dei hominis ſubſtantiam è miraculo miraculorum præſtantiſſimo migrante panis, viniquè ſubſtãtia, vt Chriſtianus vẽter per Pſaltẽ Regiũ adimpleatur de abſcõditis, quæ ſũt Diuinitas, & Humanitas, interprete Angelico, ſupra omnia infra Lunã veneratione digna venerãdũ omninò dicatur, & credatur. *Conc. Trid. ſeſ. 13 cap. 5.* *Pſal. 16.* *D. Thom.*

§ 1 In ſingulis Parochialibus Eccleſijs Tabernaculo quam decentiſſimè exornato SS. Euchariſtiæ Sacramentum in Pixide aſſeruetur. Si ea in re Parochorũ partes deſideratæ fuerint, ſcuta tria pẽdẽt, aliaſq. luẽt pœnas pro Noſtro arbitriò. Tabernaculũ vel magna ex parte auro conueſtitum ſit, vel ſaltẽ vndiq. depictũ. Surgat ad duo cubita, latũq. ſit duo & mediũ. Interiora holoſericũ tegat, exteriora conõpęũ ſiuè è ſerico, ſiuè è velo, quod ſi fieri poſſit per annuos Eccleſię cẽſus, coloribus in dies reſpondeat Eccleſiaſticis. Humectantem locum ne habeat. Firmũ adeò ſit, vt non facilè moueatur. Leuatum itá ſit, vt miniſtraturum aſcẽdere non oporteat. Oſtiolum Chriſti Domini in Crucem ſublati, vel fauciũ latus exhibẽtis, vel ad vitam redeuntis imago exornet. Sit vndiq. occluſum,

vt nulla, vel minima rimula appareat, & claui, si minus argentea, certè inaurata, è qua serica cordula pendeat, queque numquam sit penès Laicos. Si tanta in re Parochus damnetur indiligentiæ, ad tres menses ex lege Canonum suspensus á Diuinis erit. *Can 1 de Cust. Euch.* Eucharistico è Tabernaculo nec Pixis vacua proponatur, nec vasculum Olei infirmorum, nec SS. Reliquiæ, nec alia vel pia, & sacra. *Cong. Rit. 22. Feb. 1593* Pixis ex argento sit, cuius interiora tegat aurum, vel ex ære vndique inaurato, *Cong. Epis. 15 Iun. 1619.* tantaque sit, vt particulas capiat, quas Parochialium numerus in Paschate maximo diuinissima esca nutriendus exigere videatur. E Pixidis summo operculo Crux emineat, Pixisque tentoriolo serico cõtegatur, cuius color, nigro excepto, pro more colori consonet Ecclesiastico, si fieri possit. Substernatur tandem Pixidi Corporale lineũ, mundumque, & sæpius in anno permutandum.

§ 2 Vltra Pixidem, quam diximus, præsto & altera sit in Parochialibus & quidem parua ægris inseruitura, *Concil. Trid. sess. 13. c. 5.* qui procul absint, communione reficiendis in Diœcesi. Pendeat illa è Sacerdotis collo in locello, siuè sacculo per sericas cordulas; id enim necessariò petit Ruralis Communio. Theca quoque sit singulis Parochijs, siue gestatoria, siue ostensoria (sic enim Ecclesiasticè loquimur) qua quidem veneranda vel exponatur, vel cum pompa circumferatur. Nitida in Orbe chrystallus obsepiat; intra obseptum Orbem lunulam ostentet, quę argentea sit, scutumque subiectum habeat, quæ fragmenta excipiat. Pro sanctissima Eucharistia diù, noctùque è purissimo

oleo

oleo sæpius ad munditiem tergenda, ex alto pendens, facilè, tutòque demittenda lampas ardeat, vt exhibendam designet reuerentiam, & Ecclesiam ingredientes ad adorationem incitet: Sustineatur propterea, siuè alatur Societatis, vel Communitatis, vel Benefacientium, vel ipsius Parochi sumptibus pro laudabili cuiuslibet loci consuetudine. Quoties pendens lichnus non ardeat, toties incidat Parochus in pœnam aureorum sex. Si necessitudo exigat, facultatem Parochianis, vel Societatibus impartiemur, vt intra Parochiæ fines oleum ostiatim quaeritent.

§ 3 Seruetur non in Hostia maiori Eucharistia, sed in Hostiolis, quæ minimum quinque sint. Aestiuo tempore renouetur octauo quoque die, hyberno ad summum die quinto ac decimo ex alijs, quas recens confecerit, veteribus ante consumptis. Dum circumfertur Eucharistia, deferentis humeris imponatur velum, Baldachinum, quod loquimur, vel Vmbella solem & pluuiã arceat, faces ardeant, vel saltem in via longa laternæ, personet campanula.

§ 4 Cum omnes Christianæ Religionis asseclæ, cum primum annos attigerint, quibus bonum a malo discernant, singulis annis ad Pascha maximum, suaque in Parochia Eucharistiam sumpturi sint, sæpius Parochi de hac præceptione custodienda plebes sibi creditas admoneant, tempore potissimùm Ieiunij toto anno maximi. Per illud temporis diligenter inquirant an Pueri, Puellęque sint Eucharistico pane prima vice enutriendi, sæpius ad Ecclesiam euocent,

C. Omnis vtriusq sexus de pænit. & re. Concil. Trid. ess. 13 c. 9.

tantique

tantiq. Sacramenti dignitatem, ac nobilitatem explicent cum ijs, quæ ad illud non indignè sumendum, existimētur necessaria, vt quàm religiosissimè, adueniēte Pascali celebritate cum Christo primùm accumbant fruituri primùm Christo. Parentum prudentiæ, Parochorumq. iudicio statuendum relinquimus, qua ætate, quauè cum institutione apti, idoneiq. habendi sint, vt sanctè vescantur Eucharisticis epulis. Alijs enim ante nonum, multis ante decimum, non paucis ante duodecimum annum sufficientem spiritum, & intelligentiam elargitur Deus.

§ 5 Ne quis suæ salutis immemor, Paschale præceptum infringens, se ipsum in primis, suū indè Parochū decipiat, Parochi ōnes curēt, vt cū die festo Paschatis in sua Parochia sacrā ministrāt Eucharistia, sumētibus schedulam tradant quā, titulus Ecclesiæ, annusque decurrens notetur, vt illam post octauum á Paschate diem repetentes, dum singulas lustrāt Parochiales domos, animarum statum perscripturi, intelligant, quinàm ad Sacram Synaxim, siuè Communionem non accesserint: non accedentes autem ad Nos, vel ad Vicarium Nostrum Generalem deferant, vt post triplicem, eamque Canonicam monitionem non resipiscentes, interdicto mulctentur Ecclesiastico, eoque non soluantur, nisi cum re ipsa paruerint. Hic præterea declaramus Paschalis Communionis tempus planè credendum, censendumque á Dominico die Palmarum, ad diem Dominicum in Albis & inclusiuè, vt loquuntur.

Eug. 4. ann. 1446.

§ 6 Vt Paschale Sacramentum in sua cuique Pa-

rochia, nec alijs alteri Parochiæ subiectis, sine Nostro, & Parochorum assensu, ministretur, notum facimus ex Sacris Canonibus, ac Decretis sacræ Congregationis Concilij Regularibus omnibus omninò vetitum etiam in suis Ecclesijs, quæ Parochiales non sint; Corpus Dominicum Laicis præbere. Docemus deindè non censeri iuxta Canonicas Sãctiones satis præcepto illos facere, qui ad Parochiam non suam Paschalem Communionem sumpturi accesserint, nec alienum Parochum eos per illud temporis ad sacram Mensam admittere debere, cum nulla vel à suo Parocho, vel à Nobis facta fuerit potestas. Si quis vspiam siuè in Ciuitate, siuè in Diœcesi Nostra moram trahens se ibidem Eucharistiam in Paschate sumpsisse, suo affirmet Parocho, schedulamque Rectori à se redditam loci, dies præfigatur ad docendum de veritate per testimonium Sacerdotis eiusdem loci, vel rursus per idẽ temporis in sua Parochia præcepto satis faciat. Viatores tamen, quibus in Paschali celebritate suam petere non liceat Parochiam, Eucharistico pane vescantur vel in ea Parochia, in cuius finibus hospitio accipiantur, si diutiùs commoraturi ibi sint, vel in Cathedrali, si proximè abituri sint.

Clem. 1 de Priuil. Cong. Concil. 13 Iã. 1588. & 1 Mar. 1619

§ 7 Segnes Parochi ne sint in Eucharistia prudenter, & opportunè ministranda subditis, quoties iure quidem optimo postulauerint, & exposcere videatur aut reuerentia Sacramenti, aut conditio postulantium; Gregem suæ fidei commissum non rarò moneant, quacũ præparatione, quacum religione,

Eugen. 4 in Cõstit. relat. per Bonacinum de Sacram. disput. 4. q. 7. p. 2. n. 8.

Ritual. Rom.

quacum

quacum humilitate ad Euchariſticũ cõuiuiũ accedẽdũ ſit, prçmiſſa potiſſimũ Sacramẽtali confeſſione, ieiunio à media nocte ſeruato, vtroq. curuato poplite, viris quoad fieri poſſit, à fœminis ieiunctis, vno verbo, humiliter adorandũ, reuerenter ſumendum. Cum Sacerdos, antequam Communionem miniſtret, è ſacra patina cõſecratã eleuat Hoſtiã, pectus ne percutiat, vt periculum abſit, ne decidat. Vbi à multis ſumendus eſt Cœlicus Panis, Pixide vtatur potius, quàm Patina. Qui ſumpſerint, ne ſtatim de Eccleſia diſcedant, ne ſerant colloquia, ne vagis oculis circumſpiciant, ne ſputum egerat, poſſet.n. aliquid è ſpeciebus ex ore decidere; ſed tantiſper meditabundi de tam ſingulari accepto beneficio debitum Diuinæ liberalitati gratiarum tributum exoluant. Imò ſumpta Euchariſtia nemo vultum demittat, ſeſeque in ſecreto contrahat, cum ex ſimplicitate, vel ex dolo occaſionem nactus, aut Sacramento abuſurus, aut Sacramentum magis magiſq. veneraturus ex ore extrahat, aliòq. aſportet.

Ritual Rom. Can. Quia in omnib. de vſur. Can. pro dilectione, & c. ſeq. vtri de Conſec. diſt. 2. Rit. ibid.

§ 8 Omnes ad Euchariſticas epulas admittendi ſunt, præter eos, qui verè indigni, quales excommunicati, interdicti, manifeſtè infames, quem in ordinem referendi ſunt, meretrices, concubinarij, fæneratores, magi, ſortilegi, blaſphemi, alijque publici peccatores, niſi eos pœnituiſſe conſtet, publicoque ſcandalo feciſſe ſatis. Occulti verò peccatores, ſi occultè petant, & inemendati repellantur; ſecus autem, ſi publicè petant, & ſine ſcandalo non prætereundi. Amentes, & Phrenetici ad ſacrum conuiuium ne accumbant, niſi dilucidis gaudeant interuallis, &

deuotio-

deuotionem exhibeant, dum in ipsis persistent. Ne accũbãt Paruuli, quibus ætatis imbecillitas nõ permittit, vt animo cõplectatur, quale, quãtumque sit Sacramẽtũ Eucharisticũ. Ad suscipiendã Eucharistiã Mulieres ne admittantur, quæ sæpius monitæ, fuco adhuc linitę, curiosoque ornatu depictę, vel aperto capite accesserint. Panes ad Sanctissimam Eucharistiam conficiendam sint ex puro tritico, & numquam à fœminis compacti, nisi sacræ in Cœnobijs Deo sint. In ijs verò, quibus obsignantur literæ, sacra nulla imago videatur impressa. In contra facientes irrogabuntur pœnæ ad arbitrium.

§ 9 Cum ad ægros sacrosancta deferenda fuerit Eucharistia, campanę signum præmittatur, vt populus ad illam comitandam euocetur, doceaturque, vt Sacerdoti deferenti obuius, sese humi pronus inclinet, flexisque genibus, dum prætereat, versetur in præcibus, pièque comitantibus indè sese adiungat. Quò id libentius exequi quisque possit, adorationis obsequia exhibentibus, comitatusque reuerentiam præstantibus, dierum quadraginta singulis vicibus Indulgentiam elargimur. Parochus, vel alter Sacerdos, Parocho annuente, si æger in Ciuitate fuerit, vel in suburbijs, Sanctissimam deferat Eucharistiam ante pectus superpelliceo, stola, & pluuiali indutus, albo velamine humeris imposito, & sub vmbella, siue baldachino omni cum reuerentia, ac decore procedat, psallens, & orans, funalibus prælucentibus, præeunte tintinnabulo. In Pixide consecratas duas particulas deferat, alteram ægro præbendam alteram ad Ec-

c. sane. de celebrat Missar.

S. Rit. Cong in Ancon. 22 Feb. 1593.

clesiam eodem cum honore referendam. Si longum, asperumque iter sit habendum, licebit Parocho vnā tantum deferre particulam, eamque in parua Pixide, quæ è collo pendeat, stola ipsum induente, & superpelliceo, vmbella super eum expassa, laternis funalium loco adhibitis. In reditu sacras vestes exuere poterit, lumina extinguere, vmbellam demittere, pixidem recondere. Necessitate compellente, & periculo moram interdicente, nocte etiam, & non ieiuno Eucharisticum sacramentum ministrare licebit Parocho. Aegro cuilibet sacra Cōmunione permuniendo, si sacræ desiderentur particulę, sacra ne fiant sub nocte mediā, sed summo manè ante lucem. Ex ægritudine deliranti, citra vomitus, vel irreuerentiæ periculum si quæ fuerint indicia ab illo expeti, ne denegetur. Ad Aegros adorānda tantùm, non sumenda, nè deferatur Eucharistia, nec Hostiam glutire non valenti ministretur sub specie vini. In viaticum ægris non ieiunis præbenda non est, nisi probabile sit per eos amplius non sumendam. Si in aliquot dies super vixerint, vel mortis periculum euaserint, sacro rursus pane refici poterunt. Ad Aegros sibi non subditos nemo Eucharisticas dapes afferat, Nobis non permittentibus, vel non assentiente Parocho. Qui contra fecerint, si Clerici sæculares suspensionis pœna mulctentur ab officio, & beneficio; si Regulares, facultate careant, quam à Nobis obtinuerint, confessiones excipiendi. Sacerdotibus sacra ne impertiatur Communio, nisi sumpturis stola pendeat ex vtroque humero, crucemque ad pectus efformet.

Conc. Constan. sess. 13.

Barbos. de off. Paroch. c. 20. n. 43.

Rit. Rom.

C. Ecclesiastica 23 dist.

§ 10 Pro Ecclesiastico ritu; & Missalis Romani præscripto in qualibet Parochiali Ecclesia immaculatum Christi Domini corpus Feria V. in Cœna Domini in proximè consequentem diem Parasceues sepulcro seruetur in id honorificè constructo, multisq. luminibus collucente, non in Sphæra ostensoria, sed in Calice, vt clariorem Dominici monumenti præbeat speciem. Eadem dies moneat Canonicos, & Clericos, vt in Missa solemni suam Laicis pietatem, ac religionem præseferant sumpta quàm sanctissimè Eucharistia, quam eadem ipsa dies Christo cum discipulis supremùm cœnante, instituit. Die Parasceues ægris duntaxat cibus porrigatur Eucharisticus. Quinta, & sexta feria maioris Hebdomadæ nocte potissimum nè deferatur cum pompa extra Ecclesiam, sed circa interiorem ambitum. Apud Moniales sacra asseruetur, qua iam docuimus ratione, Eucharistia non in Choro, septisque monasterij, sed in exteriori, & publica tantùm Ecclesia. Cœlo tempestates, grandines, nimbosque comminante, nimiaque vel siccitate, vel pluuia ingruente, aeri benedictura nunquàm extrahatur. Ostiolo tamen patefacto tabernaculi, Pixideque velata, ardentibus luminibus, adoranda exponatur, præstitutæ preces effundantur, nec incustodita relinquatur. Ab hac eadem sanctione ne discedatur, cum eadem expositione alij indigere visi fuerint.

Cong. Rit. 27. Septemb. 1608.

Cong. Epis. 15 Ian. 1619.

Cong. Episc. 7. Sept. 1558.

§ 11 Satagant Parochi, vt in quorum Ecclesijs instituta nondum sit Venerabilis Eucharistiæ Sodalitas, quam primum instituatur, vt Confratres, quoties

Sup. de Confra.

opus fuerit, comitentur, suppeditentque, quæ ad eius venerationem videantur necessaria. Si iam sint instituta, qua par est reuerẽtia, tertio cuiuslibet mensis Dominico die circa vel extimũ, vel intimũ Ecclesiæ ambitum Cœlicum panem circumferant, omnibus ad id pietatis confluentibus, vt Indulgentias per summos Pontifices impertitas lucro acquirant.

Paul. V. & Gre XV. 4 feb. 1622

§ 12 In Confraternitatum Oratorijs, & Ecclesijs Laicorum, qualescumque illi sint, si per summum Pontificẽ expressè non liceat, Euangelicũ, seù Eucharisticum manna ne custodiatur. In nullis nostræ Diœcesis, etiam Regularium Ecclesijs, vel ad Orationem Horarum 40. Nostro non præcurrente permissu, adorandum exponatur, ne pœnæ pro arbitrio dandæ sint. Tunc autem nemo ante Lucem exponat, nemo post Solis occasũ recõdat. Decens Aræ ornatus sit, & lumina non pauciora, quàm duodecim. Mulieres seorsum à Viris adorent, & orent. Aræ nunquam non assistant vel duo Clerici superpelliceo induti, vel alij Ecclesiastici, vel duo Confratres è Sodalitio Corporis Christi saccis amicti, siue ex altero, si ibi fuerint.

Can. tribus §. tanta de Cõsec. dist. 2.

Congr. Concil. anno 1609.

Congreg. Episc. 619.

Congr. Rit. 26 Feb. 1638.

TIT. XIX.

EX ipsa necessitate palàm fiat omnibus, quanti Pœnitentiæ sacramentum faciendum sit. Lapsis enim post Baptismum, Baptismalique exutis per admissum lethale scelus gratia per vnam tantummodò Pœnitentiam, quæ summa diuinæ miserationis pietas est, datur felicissimæ pacis fœdus cum Deo inire, vt nouum quodammodò sit Baptisma, ideòque non immeritò Baptismatis reuocatio appellata sit. Eò fit, vt multa de tanto, tamque salutari humanæ imbecillitati sacramento sancienda hoc titulo, præcipiendaque sint. *Conc. Trid. ses. 14 cap. 1.* *Io. Clim. grad 5 de Accurata pœnit.*

§ 1 Cum ergo Christi fideles, ex quo perfectum rationis vsum perceperunt, annuæ ad minus Confessionis lege teneantur, quo potissimum tempore Quadragesimę sese Christi fideles affligat ieiunio, det vnusquisq. operam, vt præuio examine, seque ipso quam diligentissimè discusso, peccatorum quam accerrimo dolore excitato, firmo facto non amplius relabendi proposito, culpas omnes cum circumstantijs confiteri & pœna, quæ vulgò pœnitentia, & satisfactio dicitur, accepta absolui dignè ac validè possit. Parochi propterea, & Concionatores, ineunte Quadragesima, Ecclesiasticum præceptum inculcent, suadeantque, segnioribus in primis, vt ad Conscientiæ sordes elu- *C. Omnis vtriusq. sexus de Pœnit. & Remiss.* *Conc. Trid. ses 14 cap. 5*

endas quam primùm accedant. Id multò magis iniungant, & mulieribus fœtum breui edituris in lucem, & viris, quos vel grauior morbus torqueat, vel periculosum iter, aut difficillimum opus aggredi oporteat. Vt per quàm commodè saluberrimi huius Sacramenti suscipiendi præbeatur occasio, Parochos iubemus præsto semper esse ad confessiones excipiendas, Nostrorumque Decessorum decreta rata, firmaque habentes, diebus festis, festorumque dierum peruigilijs in Ecclesia sedere per horam ad obeundum id muneris, antequàm sacris operentur.

Synod. Emin. Carp. Eccl. tit. ... 1 §. 1.

§ 2 Quia in sacris locis administranda sacramenta sunt, caueat Sacerdotes, ne cõfessiones audiat extra Ecclesiam, sedemque confessariam, neuè per noctem, nisi iusta causa aliter postulet, idque præstent in loco, qui & deceat, & pateat. Si quis prędicta in audiendis mulierum confessionibus non seruauerit, ab illis excipiendis sit ipso iure suspensus. Sedes Confessaria ex asseribus sit optimè compactis, & expolitis ex vtroque latere occlusa, anteriori facie aperta, sed in imo claudenda, ne quando Laici sedeant, conspicuo in loco sita, in angulis, sacellisque Ecclesiæ non locata. Fenestellis ne careat, lamina interiecta, eaque perforata, vt melius audiatur, velo etiam apposito, & interiores claudi possint. Intima locum habeat, in quo sedeat Confessarius, Extima scabellum geniculatum, siuè genuflexorium, in quo genua submittat Pœnitens, in cuius oculis pia imago affixa sit, vnde excitetur deuotio. Ad vtrumque sedis inti-

Cong. Epis. 1. ... 1606.

Ritual. Rom.

mæ latus Tabellæ sacerdoti sint, quarum altera Summarium contineat Bullæ in Cœna Domini, altera verò Casus infrascriptos, quos Nobis ipsi reseruatos volumus, ne pœna persoluenda sit aurei. Ad eleemosinas excipiendas nec capsula, nec aliud quidpiam è Sede pendeat Confessaria, ne eadem pendatur pœna.

§. 3. Sine superpellicco, & stola, aut saltem sine stola Pœnitentiæ sacramentum ne ministretur. Moneatur à Confessario Pœnitens, vt, qua deceat modestia, & reuerentia, ad pedes accidat, flectat genua, signo se Crucis muniat. Pœnitentis statum perquirat, quàm pridèm sit confessus, an impositam pœnam, siuè pœnitentiam impleuerit, num aliàs sit ritè confessus, an conscientiam excusserit. Si in Confessione numerum non expresserit, speciesque peccatorum, Confessarius prudenter interroget. Caueat, ne minus vtilia rogitans iuniores detineat, & ad peccandum quodãmodo alliciat. Absoluta tantùm confessione, pœnitentem Sacerdos obiurget, meditatus, qualia, quantaque per illum peccata sint. Culparum grauitati, & pœnitentis conditioni respondeant correctiones, aut admonitiones, easque, prout opus fuerit, paterna cum charitate adhibeat. Ad anteactæ vitæ castigationem excitet, morbisque spiritualibus medicamina præbeat, qua commissis culpis satis faciat, pœnam imponat, habita pœnitentis ratione, videatque, ne grauitèr lapsis leues, ne leuiter lapsis graues iniungat pœnitentias, cum illa non tantùm ad nouæ vitæ remedium conferre debeant; verum-

etiam ad vltionem anteactæ pœnis exerceat, quæ peccatis admissis aduersentur. Quibus rara, vix annua, confessio fit, ne in easdem facilè sordes recidant, prudenter suadeat, vt crebrior sit in posterum. Iniunctæ pœnæ, siuè pœnitentiæ ne sint eiusmodi, vt alijs occulta peccata indicent, quibus licèt prægrauia illa sint, publicę irrogandæ non sunt pœnitentię quæ publicis tantùm debentur. Pecuniariæ, siuè eleemosinis distribuendis, siuè sacris celebrandis, quàm parcissimè imperentur. Si quandò curandę pœnitentium auaritiæ conducere videantur, sibi ipsi ne applicent Confessarij, neuè aut distribuendi, aut celebrandi onus suscipiant. Si quid à pœnitentibus distribuendum detur, in pia siuè loca, siuè opera tantùm conferant. Si per Pœnitentes rerum, pecuniarumque, quæ incertos habeant Dominos, restitutio mandetur, vltra summam aurei, nulli vel Ecclesiæ, vel pauperi, vel pio loco, Nobis inconsultis, applicent. Si secus faxint, restitutionis de suo damnamus.

§ 4 Videant Confessarij, ne omnibus indiscretè absolutionem impendant, quæ aliquandò vel deneganda, vel differenda est. Tanto beneficio indignos censeant, qui nulla exhibent doloris signa, qui gestas inimicitias non deponant, qui aliena, dum copia sit, non restituant, qui proximam violandę legis occasionem non derelinquant, qui scandalo Reipublicæ fuerint, satisque, eo sublato, non fecerint. Pœnitentes si nacti aliquandò fuerint censuris, casibusque reseruatis irretitos, non instante mortis periculo, absoluendos

dos transmittant ad Præsides, vulgò, Superiores. Edicimus enim nullum Sacerdotem ad excipiendas confessiones approbatum, cuiuscumque ille sit Ordinis, quocumque priuilegiorum prætextu, nulla impetrata facultate, à noxis Sedi Apostolicæ, vel Nobis reseruatis posse vnquàm absoluere, obsistentibus Pontificijs Constitutionibus, Decretisque per sacram Episcoporum, & Regularium Congregationem editis, & huic Synodo in fine adnectendis. Cong. Episc. 7 Ian. 1617. & 18 Nou. 1618

§. 5 Qui morbo affectis aliquo propinquitatis genere iuncti sunt, caueant, ne vltra triduum differant Parochum accersere. Si ægritudinis, ægrotantisque conditio necessitati postulet celeriùs prospici, ne cunctentur, vt expiaturus iniurias, quas Deo irrogauerit, ad confessionem sese componat sacramentalem. Medici, cum ægrum primùm inuiserint, si periculosus morbus corripuerit, animæ potius salutem curæ habeant, quam corporis, ac testentur se exactò triduo non accessuros, nisi conscientia lacrymarum, & Pœnitentiæ (sic olim Grecus Antistes) balneo eluta. Si adhuc non pareant, curationem deferant, nisi iustis de causis Confessionem protractam à Parocho didicerint. Contra facientes pœnas vltori Deo dabunt, & Pontificijs Constitutionibus. Cum Regularis, vel alius quiuis Confessionem grauitèr domi suæ decumbentis exceperit, testimonium sua manu exaratum relinquat sacramenti, quod contulit, tam Medicis, quám Parocho, qui iam confessum alijs confirmare poterit sacramentis. Si dum confiteatur, vel antequam confiteri incipiat ægrum vox defecerit,

B. Hil. Episc. Mart.

Pius V. Constit. 3 Incip. supra Gregem §. 3.

Cong. Episc. 22. Ianua. 1. Iuly 1606.

peccata quoquomodò percipere contendat, iisque vtcumque perceptis, vel, si confessionis desiderio sese flagrantem præstiterit, absoluat, non ignorans in mortis articulo nihil reseruari solitum, cum tamen, si e morbo conualuerit, Superiori sistere sese debeat.

Greg. XV. Cost. 18 § 1. Vrb. VIII 10. Septemb. 1631

§ 6 Cum per sanctiones Apostolicas omnia de audiendis confessionibus priuilegia, etiam Maris magni, Bullæ aureæ, aliaque id genus penitus sublata è medio sint, cautum sit omnibus, qui nec obtento Beneficio, nec præuio examine, idonei comperti non fuerint audiendis confessionibus, ne confitentibus, imò nec, vt vocant, reconciliantibus aures præbeant, anathematis pœnã, si neglexerint, subituri, obitsq. cōfessionib⁹ apud nō approbatos nullisq. plane & irritis.

Greg XV. Cost 18 super dub 8 Cle. VIII Co- stit. 18. Vrb. VIII. Co- stit. 79.

Si quis Sacerdotio nōdū initiatus Sacramētalib⁹ Cōfessionib⁹ operā temerario ausu nauatā voluerit, iudicio Sāctissimæ cōtra hęreticā prauitatē Inquisitionis vltimoque per illam supplicio fiet obnoxius. Nemo, curam animarum habente Beneficio iam dimisso, audiendæ Confessionis potestatem habeat, nisi fuerit iterum approbatus. Per Epistolam, vel Nuncium Sacerdoti absenti peccata sacramentalitèr aperire, deq. ijs absolutionē accipere licuisse, nūquàm liciturū; ne minē latet. Qui alitèr docuerit, sustinuerit, factitauerit in latę sētentię excōmunicationē sūmoq. Pōtifici reseruatā incidet. Ne facilis absolutio ad peccādū alliciat, nulli per Nos Cōfessario liceat, indicta Anathematis pœna ipso facto subeūda, culpæ sociū absoluere.

Congr. Concil. apud Quaran. v Conf. Cong. Episc. 1. in Albiganen. 8 Nouemb. 1588 Clē. VIII. generáli Congreg. S. Inquisit. 20. Iun. 1602. Prouinc. Mediolan. 7.

§ 8 Confessariū, quē ex Bulla Iubilęi pœnitenti eligere liceat ex ijs, quos Ordinarius approbatos vo-

luerit, nemo eligat, fi in Ciuitate; vel Diœcesi hac Nostra peragẽda sit Cõfessio, nisi quẽ Nos, facto per examen periculo, approbauerimus. Nemo vel doctissimus, & iã per Nos approbatus excipiendæ Cõfessionis prouinciã suscipiat, non emissa Professione fidei. Parochi, alijq. qui sunt a Nobis ad expianda per Confessiones scelera admissi, in id muneris in suã Parochia, vel Eccesia, nec ad excipiẽdas, quod aiũt, recõciliationes sibi comitẽ, licet concionatorẽ adiũgat, qui facultatis vel à Nobis, vel à Vicario Nostro Generali acceptę testes, & ĩdices literas nõ protulerit. Nemo tã Secularis, quã Regularis, qui ritè per Nos personã sustineat Cõfessarij extra suã Ecclesiã, vbicũq; loci sit, cõfitentibus aures offerat, nõ permittente Parocho, cuius in Parochię finib⁹ fuerit, suspẽsionis alioqiũn ab audiẽdis Cõfessionib⁹ pœnã ipso facto ĩcursurus, quã pro Nostro arbitrio perferet. Declaramus autẽ, quod aliàs per Decessores Nostros dictũ fuit, dari Parochis, vt Cõparochorũ cõsuẽtes ad se subditos audiãt. Per quãcũq. generalissimã, vt sic loquamur, approbationẽ à Nobis vel cõcessã, vel cõcedendam nemo censeatur admissus ad Cõfessiones Monialiũ audiendas, etiã si alicui Monialiũ Monasterio sit ipsa a Confessionibus, nõ speciali in id obiecta à Nobis potestate deputatus: Imò ipsis Monialiũ Cõfessarijs in earũ Ecclesijs vetitũ intelligimus aliorũ cõfessiones excipere, pręterquã Sacerdotũ quibus vt loquimur, reconciliatione opus fuerit, ad ipsas Ecclesias accedentium, vt sacra peragant, modo si fieri commode possit, secretò excipiant.

§ 8 Cũ nec pro seruãdo, Orbe nec pro tuenda fide,

Sup. de fide Catholica.

Synod. Emin. Carp. & Altier. hoc titul.

nec pro quouis excogitabili casu auertendo sacramentalis confessionis tàm Diuino, & naturali, quàm Pontificio iure inuiolabile sigillum aperire liceat, ne odij, onerisque nimiùm Confessio sibi adsciscat, & sanè pauci saluti suæ consulant, si, quæ se Deo tantùm, non homini aperuisse peccata credant, innotescere alijs posse intelligant. Sacerdos, qui Dei vices in audienda Confessione gerit, suæ fidei sacramentali in iudicio commissa custodire omninò debet. Confessarijs idcirco horrori sit, siuè assequendum incomparabile bonum sit, siuè declinandum irreparabile malum, quoquomodo prodere, deuclare, aperire peccatum vel leuissimum, aut aliud quidpiam, quod Confessio suo sigillo claudat. Si quid audeant eiusmodi, sacrilegij sese adstringent, è gradu deijcientur Sacerdotali, perpetuo tradentur carceri, alijsque duriotibus pro arbitrio Nostro mulctabuntur pœnis.

Can. Sacerdos de pœnit. dist. 6

Can. Qui ambulat. 5 q. 5.

C. Omnis vtriusq. sexus de Pœnit. & Remiss.

§ 9 Cum nihil á ratione magis abhorreat, quàm quod ij, qui animarum saluti auxilio subituri pro Deo sint, peccata augeant, & foueant, quæ creditis sibi clauibus minuant potius, & extinguant, quique *Patrum* loco sint, filiorum adoptionem penes Deum quæsituri, propinato Satanæ veneno, perditionis filios apud Tartarum efficiant, id quod tunc maximè fieri credatur, quo tempore pœnitentes, arrepta Confessionis ansa, ad turpia solicitant Confessarij, vnde oritur & hæreticis occasio ritus Catholicos oppugnandi, & Mulieribus, ipsisque genere coniunctis à saluberrimo Christiani nominis sacramento abstinendi. Qua propter omnes & singulos monitos

volu-

volumus Sacerdotes iuxta Sęculares, ac Regulares, qui, quos Pontificia Constitutio contineat, ad inhonesta quomodolibet perpetranda allicere, solicitare, prouocare ausi fuerint, de Hæresi haud dubiè suspectos acerbissimas daturos esse pœnas, quales, & quantæ sunt suspensio ab executione Ordinis, priuatio beneficiorum, dignitatum, officiorum, qualia qualia sint; perpetua ad illa rursus obtinenda inhabilitas, vocis, si Regulares fuerint, & actiuæ, & passiuæ ademptio, proiectio in exilium, ad triremes damnatio, carceris perpetuitas, aliæque quas Gregoriana Constitutio interminatur. Ne tam immane scelus Confessarijs impunè sit, onus solicitatis iniungitur, vt solicitantes grauissimæ noxię uel apud Nos, vel apud Inquisitorem reos faciant. Compertum præterea sit Sacerdotibus, si solicitatos nouerint inter audiendas confessiones suos pœnitentes, monituros, vt denuncient quibus debeant, dilata interim absolutione, dum satis denunciationi faciant. Si minus monuerint, professique sint, Pœnitentes non denunciaturos, acerrimè mactabuntur. Ne quem fugiat, quicquid ipsa Constitutio contineat, seruandumque præcipiat, impressa apponetur Synodo. *Greg. XV. Const. incip.*

§ 10 Ne Sacramentum, quod duce charitate ministratur, vęnale fiat, caueant omninò Confessarij, quicumque illi sint, ne siuè ante, siuè post Confessionem, siuè directe vel indirectè, siuè verbis, signis, nutibusque pro Confessione quidquam expostulent, vel exigãt, Vix permittimus, vt accipiãtur spõte oblata. Si quis exegerit, dabit pœnas Simoniaco infli-

ctas, & carere iubebitur ipso iure officio audiendæ Confesſionis, cum pœnis alijs, quæ è Noſtro arbitrio pendeant. In ſingulis Eccleſijs, vbi plures Sacerdotes confitentibus aures præbeant, ſiuè ſeculares ſint, ſiuè Regulares, ad Sacrarij vel Sacriſtiæ ianuam appenſa tabella ſit, cui tradita ſint illorum nomina, vt pœnitentium proſpiciatur commoditati. Cum plures ante annos in Noſtra Cathedrali iuxta facultates Tridentinæ Synodi inſtituta iam ſit, vt loquuntur, Pœnitentiariæ præbenda, & ex illis Pœnitentiarius Confeſſarius dicatur Ordinarius, omnibuſque noxas expiaturis copiam facere debeat ſui, Pœnitentiario qui operam in Cathedrali præſtat nunc temporis confeſſariam, eiuſq. ſucceſſoribus mandamus, vt ſaltem ſingulis diebus feſtis, principumq. celebritatum pervigilijs, & ſæpius quadrageſimali tempore præſto in Eccleſia ſint integras Confeſſiones excepturi. Integras dicimus, cum non liceat, abſolutione à reſeruatis iam donatos à non reſeruatis abſoluendos ad Parochos, alioſque Confeſſarios mittere.

Conc. Trid. ſeſ. 14 cap. 1. de Reform.

§ 11 Cum antiqua percrebuerit, & laudabilis Eccleſiæ conſuetudo, vt grauiora nonnulla Epiſcopi ſuæ reſeruent poteſtati, quò facilius abſolutionis difficultas peccantibus fræna inijciat, Nos ab illa cum Noſtris Deceſſoribus non diſcedentes edicimus, ne quis ſiuè Sæcularis, ſiuè Regularis Confeſſarius in Noſtra Ciuitate, vel Diœceſi, ſi permiſſus, aſſenſuſq. Noſter expreſſus defuerit, á peccatis, quę in fine ſubijcientur, abſolutionē vlla ratione impartiatur. Nobis enim illam hoc Decreto reſeruamus, facultates om-

Conc. Tri. ſeſ. 14 c. 17

ninò irritas facientes, quę Sacerdotibus ad hoc vſque temporis conceſſæ ſint. Quia ſæpe accidit, vt caſu aliquo è remotioribus à Ciuitate Diœceſis Noſtræ locis Pœnitentes, reſeruata aliqua tenente culpâ, ad Nos abſoluendi accedere minimè poſſint, iſque vel per ſe, vel alios acceſſus non facilis ſit ipſis Confeſſarijs abſolutionis poteſtatē impetraturis, obuiam tanto malo ituri, & Paſtorum non modò commoditati, verùm etiam Gregum indemnitati ex officio proſpecturi, ne quo cum incommodo Diœceſanæ deſerantur Eccleſiæ, Vicarijs tantùm foranei facultatem impertimur, vt a reſeruatis caſibus dūtaxat abſoluant, vtpotè frequentioribus, quos in margine ſigno notamus, ita tamen, vt quoties, data occaſione & opus, & vſui fuerit, eandem delegent prouinciam. Moneamus tamen licet, vt reſeruatorum ſcelerum reos abſolutione dignentur, ſalutaribus expetitis pœnis additiſque paternis caſtigationibus, quas expoſcat vel admiſſorum grauitas, vel reorum conditio, vt intelligentes quam nō leuiter ceciderint, quàm non facilè ſurrexerint, in poſterum, Deo iuuante, abſtineant.

§ 12 Vt neminem deniquè prætereat, quorumnam caſuū Nobis, & Vicario Noſtro Generali abſolutionem reſeruamus, quorumuè Vicarijs foraneis facultas detur abſoluendi, ſubiecta vtroſque doceat tabella.

Casus in Ciuitate, & Diœcesi Tudertina Episcopo reseruati.

1 Blasphemia hęreticalis.
2 Adoratio, vel inuocatio Dæmonis expressa, Abusus Sacramentorum, vel Sacramentalium, aut rerum sacrarum ad magicas artes, Veneficia, aut Superstitiones.
* 3 Incestus in primo, vel secundo consanguinitatis gradu, aut in primo affinitatis, & in cognatione spirituali.
5 Homicidium voluntarium, etiam quoad auxiliantes, mandantes, & consulentes, nec non procurantes, & cooperantes abortum ex industria, etiam effectu non secuto.
* 5 Stuprum violentum, Sodomia, etiam viri cum fœmina, Bestialitas, & Lenocinium coniugis in coniugē, Parentum in filias, & fratrum in sorores.
* 6 Matres, vel Nutrices detinentes secum in lecto sine arcula Infantes, qui annum nondùm expleuerint.
7 Falsum testimonium in Iudicio deponentes; alterantes, & falsificántes scripturas in alterius præiudicium.
8 Notarij, & alij, qui rogati fuerint, non reuelantes relicta ad pias causas habentibus interesse, aut Curiæ Ecclesiasticæ intra mensem á die obitus defuncti disponentis per uiam vltimæ voluntatis. Item non satis facientes illis á die ortæ obligationis intra annum.

De Sacramento Extremę Vnctionis.

TIT. XX.

QVamquam teterrimus humani generis hostis nullo non tempore *Circuit quærens, quem deuoret*, ita vt, quod Christianus apud Græcos Nestor, verissimum sit, *Non manducat, non bibit, non dormit, nisi vt tentet, vt fallat, vt subuertat, hic est cibus illius, hic honor, hoc gaudium:* tēpus tamē ipsi in expectatissimis est cum spe victoriæ, quo discessuri ē vita sumus, in quod etiam tempus tentamenta reiecit in Christū per Christ ū in deserto victus, dum dicitur, *Recessit ab illo vsq adtēpus*, hoc est, interprete Alexādrino, *Certus omninò se per mortē, quã omnes in seruitutē redegerat, etiam hunc tentationibus subigere.* Amantissimus propterea humanæ salutis Reparator, & Auctor, vt supremo in agone strenuè dimicemus, & gloriosè vincamus, nos Extremæ Vnctionis lorica instruxit, sacroque Oleo muniuit ad luctas, animauit ad palmas.

1.Pet. 5.

Chrisost. in Mat. 4. oper. imper.

Luc. 4. Athanas Orat. de Pas.

§ 1 Cautum sit Parochis, ne suos ægros tam firmo frustrentur præsidio; sed nullo labore prætermisso, præuiaque aliorū Sacramentorum administratione, supremum inungant, quò facilius & morbi ingrauescentis ferant incommoda, & Dæmonis oppugnantis pellant tentamina, & corporis salutem, si animæ expediat, consequantur. Quamuis ęgri tantùm inun-

Iacob. 5.

gendi sint, qui in extremo vitæ discrimine versari videantur, eò tamen Vnctio differenda non est, vt ægrũ omnes planè sensus destituerit, sed illa muniat animo, & sensu integrum. Sanctissimo igitur Eucharistiæ pabulo recreatos sacra hac vnctione communiant, monitos, profuturam & animæ, & corpori, si Deo visum fuerit. Si mors proxima, ne abeant, sed in ijs charitatis officia exerceāt, quæ ad animæ commendationem pertineant, adhibitis in auxilium Sacerdotibus, qui ipsis abeuntibus assideant. Monitis, precibusque subleuantes bono animo esse iubeant, omnem spem in Seruatoris passione collocare, nullo in metu esse, cupere dissolui, & esse cum Christo. Parochi si in sacra Vnctione ministranda desides fuerint certo sciant, se arbitrarias à Nobis pœnas accepturos, Deumque commissurum, vt, dum eorum quoque lampades extinguentur, oleum non accipiant gratiæ, sed non vncti è Cœlicæ felicitatis limine repellantur.

Synod. Brixin. Carp. & Alter. hoc titul.

Mat. 25

§ 2 Quamuis, qui mos est Ecclesiæ, ægrotanti ante extremam Vnctionem Sacramenta ministranda sint & Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, si quis tamen, prohibente morbo, sacram Communionem sumere non possit, Pœnitentia saltem præmuniatur. Si tanta morbi sit vis, vt nec confiteri possit, sacro tamen oleo inungatur, si nutu aliquo animum suum expresserit, vel vitæ in illo probitas satis Parocho sit nota. Si ad ęgrum Eucharistia deferatur, cuius ægritudo vsq. adeo inualuerit, vt temporis non satis videatur esse repetendæ Ecclesiæ Oleum Infirmorum allaturo, cum

Eucha-

Eucharistia licebit Parocho & Oleū deferre, quo, si necessitas flagitet, Communione refectum inungat.

§ 3 Sacrum oleum singulis annis è Cathedrali sumatur, quod accepturus ne mittatur Laicus, quod supra diximus, cum de Baptismo. Nouo oleo accepto, priore, ac veteri nemo vtatur. Si per annum integrum satis esse non possit, nec aliunde sumi, tantum Oleo benedicto infundatur olei non benedicti, vt illius copia hoc longè superet, vt & supra docuimus. Ne liquidum, fluidumque seruetur, sed in gossypio, siue bombacio, ne facilè effluat. Vasculo includatur vel argenteo, vel saltèm stanneo, eoq; nitido cum inscriptione, & Vasculum in alio ligneo, quod opus tornatile elaborauerit, & velum sericum violaceum circumuestiat in modum bursæ. Hæc itidèm in Bursa serica deferatur, cuius fundum rotundum sit instar rotulæ, cuiusq. os cordulis oblongis cingatur, vt è Sacerdotis collo pendere possit. Vasculum in Cotyla custodiatur armariolo, quod sit ad dexteram Aræ maximæ, cuius interior, exteriorque pars decentiùs ornata sit, firmaque claui munita. Frons Armarioli grandioribus literis inscriptionem præferat, *Oleum Infirmorum*. Cong. Epis. 20 Maij 1590.

§ 4 Ecclesiæ tantùm Parochiales sacrum Extremæ Vnctionis oleum asseruent. Regulares excipimus, quibus in suos tantùm vsus permittitur. In ædibus Parochi nec in breuissimum tempus detineant, nisi ab ægro plus Ecclesia distet, quam ædes, & necessitas cum temporis inopia vrgeat, sed tamen in loco, qui à prophanis rebus dissitus sit. In ægrotãtis domo nun-

quam relinquatur. Extremæ Vnctionis administratio sine Superpelliceo, & Stola ne fiat. Si longo secludatur ab Ecclesia interuallo æger, in ægri tamẽ limine Superpelliceum, & Stolam induat. Qui Parochorum munere non funguntur, si ministrẽt, graui sese culpa obstringent. Regulares in alienis Parochijs, nisi per Parochos liceat, quouis etiã necessitatis prętextu, Laicis Extremam vnctionem conferentes, ferientur ipso facto Anathemate, à quo Sedes tantùm Apostolica absoluet.

Clem. 1 de Privil.

§ V5. Vngant sacro Oleo Parochi non ægros modò, & saucios, qui vsum rationis habeant, vbi vitæ periculum imminet; verùm etiam senio confectos, qui in diem videantur vitæ curriculum confecturi, nullo licèt alio morbo crucientur. Ægrotis, qui mente, & sensibus valentes extremam petiuerint vnctionem, siuè verosimiliter petijssent, vt contusi pectoris signa ediderint, vel nõ loquẽtibꝰ, nõ sapiẽtibꝰ, nõ sentiẽtibꝰ denegandum nullo pacto est. Phrenesi, siuè amentia correpti, si quidquam facturi sint contra reuerentiam Sacramenti, ne vngãtur, nisi periculum penitus absit. Ecclesiastica hac vnctione ne dignos Parochi censeant non Baptizatos, Excommunicatos, Impœnitentes, eosque, qui cum lethali culpa manifestò è vita cedant. Nec vngendi omninò sunt, qui prælium, peregrinationem, qui nauigationem cogitẽt, & parent. Sacra hæc vnctio neque prægnantibus, parientibusque mulieribus impertienda est, nec vltimo supplicio afficiendis; nec Pueris rationis vsu carentibus. In eadem ægritudine duplex non est adhibenda vnctio.

Ritual. Rom.

Tunc

Tunc adhibebitur, cùm æger è diuturno morbo conualescens ruit iterùm in mortis periculum.

§ 6 Quinq. sēsus Sacrū oleū inungat, pedes quoq. & lumbos, qui tamēn in mulieribus honestatis gratia, & in ijs qui commodè moueri nequeant, periculi causa, inungendi non sunt. Manus Præsbiteris vnctione firmentur non interiores, sed exteriores. Sensus aliquius expertibus proxima caro sacro est Oleo liniēdā. Videat Minister, vt cum vnctione verba proferat, ritusque omnes expleat. Si æger agat animam morituus in momentas quam primùm insigniatur vnctione, missis præuijs precationibus, quę fundi poterunt, si superuixerit. Dum maius instet periculum, quàm celerrimè loca omnia inungi poterunt, vnica enunciata forma, *Per istam &c. indulgeat tibi Deus, quicquid per visum, auditum, odoratum &c.* vel pluribus Sacerdotibus, annuente Parocho, inungere vnà, suam cuique partem, licebit. Si inter vngendum æger diem obeat, ne procedat vngens; si dubia vita sit, pergat sub conditione. Absolutis vnctionibus bombacium, vt vulgò loquamur, ad tergēdū adhibitū, apud ægrotātem ne comburatur; sed in Ecclesiam, ad quam in theca, vel linteolo referatur, extinctique cineres in sacrarium proijciatur.

Barbos. de Off. Paro. c. 22, n. 9

De Sacramento Ordinis.

TIT. XXI.

IN Ecclesiæ militantis Hierarchia si quid admiratione dignũ sit, vna est Ordinum, ꝑ quos Res Ecclesiastica administratur, dispositio, itá vt per illos, seruata graduum varietate, ad illud summæ potestatis fastigium ascenditur, in quo mortalis homo immortali imperio præditus, Angelis maior non modò peccata dimittit, ac retinet; verum etiam, quod Abbas animaduertit Clarçuallensis, Deo inseruit, Deoque quod pluris est, adhęret. Itá enim aliquandò locutus, *Angelorum est seruire Deo, Sacerdotum autem est adhærere Deo*. Quis non videat? Speciebus latentem sacramentalibus tangit, tractat, sumit Sacerdos Deum. Nihil mirabilius. Per Pœnitentiæ Sacramentum dici omninò potest, qualis olim Pelusiotæ Apostolus Paulus, *Christi censuum*, (hoc est, gratiarum, meritorum, & munerum) *Promus condus*. Ex tanta igitur Ordinis dignitate notissimum fit, qua doctrina, quauè pietate alijs antecellere debeant, qui sacris Ordinibus cupiant insigniri.

Bernard. ep. de fratr. de Monte Dei

Isid. Pelusiota lib. 2 epist. 124

§ 1 Hortamur primùm vniuersæ Nostræ Diœcesis Parochos, vt die Dominico, qui promotionem ad Ordines antecedit, tam in sacrificio, quàm in precibus & publicis, & priuatis Diuinæ miserationis opem implorent, per quam, edocente Spiritu sancto, frumentum à zizania secernentes, dignos tantùm in-

Domini-

Dominica Vinea Operarios admittamus, Populosq. incitent, vt suis cōprecationib⁹ auxilio sint, illosq. prę-moneāt, qui in suis Parochijs ad tantā honoris amplitudinem euehi cupiant, vt non humanorum spe bonorum illecti, nō lucro excitati, non ambitione permoti, creditorum expectationem frustraturi, Laicalem iurisdictionem euitaturi, admissorumque delictorum pœnas non laturi, Clericali militię dent nomina: sed Dei gratiam, digno, humilique obsequio indepturi, purèque Christum Dominum immolantes contra fragilis mortalitatis conditionem seipsos Diuino robore firmaturi, & in Diuinæ Maiestatis conspectu pro sui ipsorum, totiusque Mundi salute litantes, perque oblatas hostias peccata expiantes digni planè sint, qui cœlum subeant, per quos subeant & alij.

§. 2. A Promotione ad Ordines excludendi omninò sunt Infideles, Hæretici, Neophiti, Homicidæ, Milites, Criminosi, Infames, facti aliquo de crimine rei Publici Pœnitentes, Bigami, Coniugati, Serui, Amentes, Curiales, Subducendis rationibus obnoxij, Illegitimi, Illiterati, Energumeni, Ignoti, Mendici, Corpore vitiati, Excommunicati, Suspensi, Interdicti, & quomodolibet Irregulares. In Ordinibus autem ministrandis, & Dimissorijs concedendis iuris Nostri esse dicantur, qui vel ab Origine, vel à Domicilio, vel á Beneficio Nostri poterunt Diœcesani appellari. *Pontif. Rom.*

§. 3 Dimissoriæ literæ ad Ordines extra Diœcesim suscipiendos nemini concedantur, nisi aliqua suadente rationabili causa, & initiando perquàm diligenter excusso, vt Nobis constet, numquid desit ad *Conc. Trid. sess. 23 c. 3. de Ref.*

petitionem, & impetrationem Ordinis. Quisquis per Dimissorias ab Episcopo facultatem habente, promotus fuerit, intra mensem à suscepto Ordine, Nos vel Vicarium Nostrum Generalem per Testimoniales Literas de obtenta promotione certiorem faciat, vt ipsius nomen in Promotorũ Codicem, siuè Syllabum referatur. Aliàs ex Decretis iam editis, à suscepti Ordinis administratione sit suspensus, & ad altiorem gradum ad vnum, alterumuè annum ascendere prohibitus. Si quem per dolosas, siuè adulterinas Dimissorias Clericalem locum assequi non puduerit, priuilegio fori ne gaudeat, sed in sæcularis ditione, ac potestate sit imperij. Exteri si ad Nos accesserint ad Ordines promouendi, Dimissorias sui Antistitis afferãt vltra trimestre spatiũ nõ obsignatas. Regularibus nullus ad Ordines aditus pateat, nisi Præsidum suorum dimissorias exhibuerint, quæ intra bimestre tempus signo communitæ sint. Qui absque Canonica dispensatione extra legitimã tempora, antè legitimam ætatẽ, & sine Dimissorijs ad Ordines promoueri curauerint, ab Ordinum non ritè susceptorum exercitio sint ipso iure suspensi. Si temerè exerceant, Irregularitate contracta, alias quoque patientur pœnas, quæ in eos constitutę sint, priuandi etiam beneficijs.

Synod. Emin. Carp. & Alter. hoc titul.

Vrb. VIII. Cõ. 33. §. 1. 1624.

Conc. Trid. sess. 23 c 8.

Conc. Trid. sess. 6 c. 5. sess. 7. c. 11 sess 14. c. 2 Pius II. Const. 7 Incip Cum ex sacrorum. Sixtus V. Const 91. quę incipit Sanctum.

§ 4 Qui Clericali tonsura initiari voluerint, quindecim ante dies, quàm ad examen accedant, sistant sese Nobis, vt pro comperto fiat, an reliquis suscipiendis Ordinibus idonei sint, ipsosque in Clerum se non adscripturos, vt Clericalibus priuilegijs tantum-

fruatur, sed vt Deo, Ecclesięq. asseruiāt. Nisi pareāt, si adexamē accesserint, omnino repellē tur. Si pareant, & probati sint, in examine testimonia proferat Baptismatis, Cōfirmationis, vitę, morūq. a Parocho, ac frequentiæ ad Scholam, & ad Christianam Catechesim, vel ab ipso Parocho, vel à Ludimagistro. Legere præterea, & scribere norint, fideiq. rudimenta ne ignorēt. — *Conc. Trid. ses. 23. c. 9 de Ref.* *Cōc. Tri. ses. 2. c. 4 de Reform*

§ 5. Ad minores Ordines promouendi testimonia, quæ supra, exhibeant. Si in alio sint Ordine constituti, de susceptione doceant, deque obsequio Ecclesiæ præstito, cui fuerint adscripti. Linguam teneant Latinam cum ijs, quæ ad Ordines vel susceptos, vel suscipiendos attineant. Eam demùm scientiæ spem præseferant; vt altioribus Ordinum gradibus videantur non indigni. Euehendi ad sacros Ordines, Nos ante mensem adeant, vt Parocho in mandatis demus, factis in Parochiali Ecclesia denunciationibus de ipsorum Natalibus, Aetate, Moribus, Vita, testes de his omnibus Literas quamprimùm transmittant. Proferenda ipsis erunt testimonia proximè suscepti Ordinis, Interstitiorum, Aetatis legitimæ, delationis Habitus, ac Tōsurę clericalis, frequentię Sacramētorū, exerciti Ordinis, præstitæ cōstitutis Ecclesijs operæ, laudatæ famæ, progressus in Studijs. Quod spectat ad literas, cōgruā suscipiēdo Ordini offērūt scièntiā cū cognitione eorū omniū, quæ ad illum pertineant, ad Subdiaconatū precipuè, Horarū Canonicarū notitiā, & ac Presbiteratū peritiā instituēdi ad christianas Leges Populi, rerum sacrarum administrandarum, Gregoriani cantus modulandi, Missęque celebrandæ, — *Conc. Trid. ses. 23. c. 5. & 11. de Reform.* *Pontif. Rom.* *Conc. Trid. ses. 23. c. 5.* *Conc. Trid. ses. 23 cap. 12. 13. 14.* *Pont. Rom.*

ad cuius celebrationem nemo prorsùs admittetur, nisi sacris faciendis idoneum esse scripto attestetur Cæremoniarum Præfectus, vel alius peritus Sacerdos, cui id oneris per Nos iniunctum fuerit.

§ 6 Ad Subdiaconatũ prouehendi, præter ea, quæ iam seruanda præcepimus, ne in clericalis nominis probrum, ac dedecus mendicare aliquandò cogantur, vel vilioribus artificij sibi quæritare victum, palàm in primis faciant, se Beneficium obtinere, & pacificè possidere, quod victui parando sit satis: & si Beneficiũ nullum sit (Nobis tamẽ permittentibus, vt necessitati, vtilitatique consulatur Ecclesiæ) habere, quod vitę sustinendæ sufficiat Patrimonium, nullo alicui obligatum vinculo, & verè per eos haud falsò possessum, publicandumque a Parocho cum alijs, quæ supra dix mus, in Ecclesijs. Vt donationes, vel contractus per eum exhibendi, qui Subdiaconatus Ordinem assequi voluerint, nulla in re peccent è contrahentium siuè imperitia, siuè nequitia, Decessorum vestigijs inhærentes, iubemus Instrumenta omnia pro illorum, qui Ordinibus initiandi sint, Patrimonio conscribenda, stipulari tantummodò p Curiæ Nostræ Cancellarium, honestis, idoneisque duobus viris iureiurando testantibus bona in Patrimonium vel donata, vel assignata fructum ferre, & ad donantem, vel assignantem iure proprio pertinere, eaque deductis oneribus, & expensis annuum saltem reddere censum scutorum triginta. Clericus insuper siuè donatarius, siuè assignatarius iuret nihil in contractu futurum fraudi; sibi donata, vel assignata nec redditurum se vel

Conc. Trid. sess. 21. c. 2 de Ref.

Synod. Card. Litt. 3. Iunij 1620.

donan-

donanti, vel assignanti, vel alij cuius; se nemini per commutationē, extinctionem, alienationemuè, etiam lato sumpto vocabulo, vel aliam quamcumque rationem concessurum, vel remissurum, non annuente Episcopo, & dum aliquo ad victum sufficiente Beneficio, potitus non fuerit. Si cui hæc contemptu sint, nec seruentur pœnas, dabit á sacris Canonibus, Synodoque Tridentina indictas. Statuimus tamen Contractus omnes de bonis his Patrimonio attributis, vt supra, distrahendis conficiendos, irritos statim, & nullos fore, validissimo licèt vallo munitos: & Beneficium, ad cuius titulum promotus aliquis fuerit, nec resignari, nec permutari posse, nisi in certissimis sit resignanti, vel permutanti esse, vndè commodè viuat, facta quoque mentione, se ad illius titulum fuisse prouectū. Aliòquin nulla erit siuè resignatio, siuè permutatio, & neutra executioni mandabitur. Patrimonium autem, quale, & quantum esse volumus, Parochis præcipimus, vt inter Missarum solemnia tribus diebus festis denuncient, & proclament, suosque Populos admoneant, vt sanctè prodant, an denunciata bona libera, suique iuris sint, an alteri oneri, alienouè æri, anteriorique hypothecæ obnoxia; & quicquid cognouerint, omni cum integritate literis commendent, obsignatasque ad Nos transmittāt ante bimestre tempus remissuros. Si quis vel palliata, vel fraudolenta donatione, fictoque Patrimonio se promouendum dolo malo curauerit, Suspensionis pœnam ipso iure reddet, aliasque dabit grauiores ad arbitrium.

Ibid.

Conc. Trid. sess. 21. c. 2. de ref. Pius V. Const. Incip. Quāto 1568.

Synod. Emin. Carp. & aliar. ioc. tit.

§ 7 Omnes ad Ordines euecti alicui deseruiant Ecclesiæ,& pro suo munere functiones exoluant. Omnibus saltèm Dominicis,festisque diebus decenti cum habitu, ac tonsura Diuinis ibidem intersint, sacra obeant ministeria, ad Christiana rudimenta informent. Nisi hæc omnia per fidem cum sacramento factam à Parochis vigesimum ante diem constiterint; præclusus erit ad superiora adscensus. Si Parochorum testimonia ijs de rebus sua manu ferenda à vero abhorruerint, Suspensionis pœna mulctabuntur, alijsque pro arbitrio. Si Ordinibus insigniti, Nobis inconsultis, Ecclesiam deserant, cui fuerint adscripti, sacrorum ipsis exercitio interdicetur.

Conc. Trid. sess. 23. c. 16.

Conc. Trid. sess. 23 c. 16.

§ 8 Nemo prima saltem tonsura non initiatus clericalem Habitum induat. Superpelliceum Clerici ne deferant extra Ecclesiam, nisi Supplicationi, munerique Ecclesiastico nauetur opera. Non parentibus erunt pœnæ ad arbitrium, etiam Carceris. In eorum examine siquis ex ordinādis propria culpa reiectus semel fuerit, si per Nos expressè non liceat, ad examen iterum ne admittatur.

Synod. Emin. Carp. & Alter. hoc titul.

§ 9 Vt omnia in promouendis, & á promouendis exigenda in vnum hoc titulo collata vno pateant omnibus obtutu, Epitomen, siuè Summarium cum in Cancellaria affigendum duximus tum huic Synodo infra appingēdum.

De Sacramento Matrimonij.

TIT. XXII.

VLtimam sibi inter Sacramenta sedem vendicat Matrimonium. Magnum tamē est, teste Apostolo. Magna enim & Ecclesia, cuius cum Christo Sponso coniugium humano repræsentari aptissimè voluit cōnubio. Humanis nuptijs vnus ille honor est, vna illa est dignitas; auctore Rauēnatū Archipræsule, dulcium procreatio liberorū. Ecclesiastico Himenæo vnum illud est decus, vna illa maiestas est optatissimæ sobolis copia. Filiorum enim studio potiùs, quàm libidinis æstu ineundas nuptias monitum voluit Tobiam Arcangelus. De hoc igitur Sacramento non silendum, sed præcipiendum. Ephes. 5. Chrysol. ser. 9. Tob. 6.

§ 1 Parochus de Matrimonio in Parochia contrahendo admonitus, animo diligentèr aduertat, qui, & quales sint, qui Matrimonio iungi velint, numquid nuptias impediat; vtrum liberè, & pro Sacramenti honestate contrahant; an in legitima ætate sint, vt Vir saltem decem & quatuor, Mulier verò duodecim annos expleuerit; an fidei rudimenta teneant, quæ Filios docturi sunt; an eo anno Paschalibus in solemnijs Cōfessione animos eluerint, Communione refecerint. Si ex his nihil obsistere intelligat, iam doctius cætera, ad denunciationes gradum facere poterit; quò clariùs res ipsa nota fiat. Ad illas tamen ne pro- Ritual. Rom. C. Attestationes. C. Ex literis. C. Continebatur de despon. impub. Cong. Episc. 3. Maij 1588.

cedat,

cedat, anteaquã vtriusque Sponsi assensum explorauerit, non per Parentum attestationem, eorumque qui proximi genere sint, quique illorum curam gerãt, sed ex Sponsis ipsis. Cũ primùm denunciauerit, ne progrediatur, nisi sciat à Sponsa ad sacra pervidenda Ecclesiam peti.

Ritual Rom. Conc. Trid. sess. 24 de ref. matrim. cap. 9

§ 2 Denunciationes à contrahentium Parocho fiant. Si Viri, & Mulieris variæ sint Parochiæ, in vtrisque denuncient Parochi. Tribus autem diebus festis immediatè succedentibus ne proponantur, seruata ratione, quam Rituale Romanum præscribit, à quo nullo pacto recedendum est, ne contrafacientibus pœnas imponamus ad arbitrium. Nullo prodito impedimento, licebit Parocho ad Matrimonij celebrationem in facie Ecclesię deuenire, expresso per Parochum interrogantem mutuo & Viri, & Mulieris consensu. Si qui, non assistente proprio Parocho, vel alio Sacerdote, non facta ab ipso, vel à Nobis potestate, nec duobus, vel tribus testibus adstantibus, Matrimoniũ contraxerint, nullum se contraxisse sciãt, stuprique si cõsumauerint damnãdos, prole si suscepta fuerit, minùs legitima. Parochus autẽ, si vel nõ factis denũciationib⁹, si cũ paucioribꝰ testib⁹, si sine illis, si testes absẽte Parocho matrimonio astiterint, certo habeat se, testes, cõtrahẽtes grauissimis luẽdos pœnis.

Conc. Trid. sess. 24 de ref. matrim. & Rit. Rom.

Trid. ibidem.

§ 3 Si alter è Sponsis ex aliena fuerit Parochia, è duobus Parochis Sponsos matrimonio nullus iungat, nisi innotuerit denunciationes ab altero Parocho factas, nullumque ex eis patuisse impedimentum. Quia incertus alterius è contrahentibus status pręter

denun-

denunciationes, maiorem expoſcit diligentiam, ignotos, alienigenas, carentes extra Patriam coniuge, incertis vagantes ſedibus, ex aliena Diœceſi ortum ducentes ad Matrimonium nolumus admitti, niſi Nobis permittentibus, & iuxta formam à Sacra Inquiſitionis Congregatione præſcriptam. *Synod. Card Alter. hoc tit.*

§ 4 Monere ne pigeat Parochos, quibus Matrimonium ineundum ſit, vt animo diligentèr aduertant, num quid ſit impedimenti. Qui enim in gradu prohibito ſcientèr, prudentèrque Matrimonio ſeſe coniunctos voluerint, excommunicationem latæ ſententiæ ſubeant, connubium nullum faciunt, ſobolem illegitimam reddunt, ſpem conſequendæ omninò diſpenſationis amittunt. Eadem horr ſici Anathematis pœna torquendos doceant, Parentes, Dominos, alioſque omnes, qui filiorum, ſubditorumque matrimonia impediant, eiſque libertatem ea in re quoquomodo exuant. Non aliter eo ipſo ſeſe plectendos, ac puniendos ſciant, qui, auditis denunciationibus, vel impedimenta verè nota reticeant, vel verè falſa reuelent, vt matrimonia inuertant. In improbos hoſce tant. Sacramenti calumniatores, & euerſores id planè ſanciendum duxerunt Anteceſſores Noſtri vltra pœnas, quas fallarijs iura inflixerunt. Cum inter denunciandum aliquod defectum fuerit impedimentum, minus licèt legitimum, aut veroſimile videatur, Parochus tamen vltra ne procedat, ſed Nos conſultum accedat, quicquid ſtatuendum videatur, planè ſeruaturus. *Conc. Trid. ſeſ. 24 c. 5 de Ref matrim.* *Trid eod. ſeſ c. 9.* *Syxtus V. Conſt. 17.* *Synod. Card. Carp & Alter. hoc tit.* *c. cum Inhi de clandeſt. deſpo.*

§ 5 Si quando, omiſſis Denunciationibus, Matri-

monium

monium ne impediatur, contrahi permiserimus: Omissæ tamen denunciationes post matrimonium contractum quidem, non consumatum, nisi aliud fuerit expressè mandatum, omninò fiant, & sanè antequam octo elabantur dies. Pœnam hìc Parochis iniungimus ipso facto suspensionis, quæ triennium maneat, qui Nobis non dispensantibus aliquam omiserint denunciationē, quique duobus exactis mensibus, Nobis pariter non permittentibus, Denunciationibus non repetitis, matrimonio astiterint. Quo die Denunciationes finem habeant, nisi facultas per Nos detur, quam non dabimus, nisi moueat temporis breuitas, aut iusta alia causa, ad Matrimonium nullatenùs admittantur per Parochum, sub pœnis arbitrio. Cum aliqua fuerit condonata denunciatio, Parochus vltimùm denuncians Populum admoneat, vt, si quid impediat, idque haud nesciat, nulla mora reuelet, nihil præterea expectandum. Vbi vel à Nobis, vel à Sede Apostolica circa aliquod impedimentum dispensatum sit, Parochis denunciantis erit dispensationem ipsam populo indicare, ne quid oboriatur scandali.

Conc. Trid. sess. 24 c. 1.

§ 6 Peractis denunciationibus, nulloque denudato impedimento, vnum vel alterum post mensem Matrimonium celebretur. Si tunc dies inciderint, quibus interdicantur nuptiarum solemnia, ad eas ne deueniatur, etiam prætextu, quod solemnitates omittantur, nisi Nostra accedat facultas, per quam inquiratur, an res itá sese habeat. Fine denunciationum facto vltra statum temporis spatium, si sponsi mutuò

sese iungere vinculo distulerint, Nobis id Parochus significatum velit, vt scandalis, quæ è cũctatione plurimùm fieri soleant, prouidè occurramus. Idem seruari volumus in illis, qui, contracto iam matrimonio, diutiùs quàm par sit, ad Nuptialem per Eucharisticum sacrificium benedictionem suscipiendam non accesserint. Caueant tamen Parochi, ne temerè Benedictionem sponsalem aut negligant, aut protrahant, aliás pœnas ad arbitrium daturi.

§ 7 Contractis sponsalijs, initoque nondùm matrimonio, Sponsi ne cohabitent, neuè vllo prorsùs vtantur commercio. Si secùs faxint, Parochi ad Nos deferant. Si moniti nec adhùc obediant, ad pœnas procedemus, quibus digni visi Nobis fuerint. Si quid etiam ea in re Parochis negligentię sit, & ipsi pœnas non euadent. Dicta hæc lex locum quoque habeat, cum, contracto iam coniugio, impedimentum detegitur, vt Coniuges Thorum separent, quousque sublatum illud fuerit.

§ 8 Matrimonium ne celebretur extra Ecclesiam, nec alio, quàm antemeridiano tempore, nisi alitèr per Nos licitum fuerit. Curæ sit Parochis, vt Sponsi, anteaquam connubiali sese vinculo constringant, Confessione peccata expient, & ad Aram lautè cum Domino epulentur. Ne è Sponsalibus præter æquum, bonumque contractis, sanctè ineantur Matrimonia, doceant Parochi, si quid causæ sit, cur soluantur Sponsalia, posse illa quidem dirimi, faciente Episcopo potestatem. Si, nulla accedente causa, alter Spōsis connubiale nolit sibi cum altero vinculum im-

Synod. Cart. Alter. hoc tit.

Ritual. Rom.

sisse, nunquàm tamen per Parochos ad secundos Thoros admittantur, nisi de absentis obitu edocti à Nobis fuerint.

§ 11 QuàmuisMatrimonia libera esse debeant, nec ex alterius voluntate pendentia, attamèn, quia filiorum est parentibus obtemperare, eisque debita reuerentiæ obsequia præstare, & non raro coniugia per liberos inuitis Parentibus inita, tristem sortiuntur exitum, filios Parochi cohortentur, si Matrimonio iungi cupiant, vt, si fieri possit, obluctante parentum consilio, Coniugem ne eligant: Parentibus quoque suadeant, ne Filiorum matrimonia præpediant, illo obtentu, quod satis, superquè sit, vt alter tantùm iungatur Matrimonio; sic pinguius venturum ad Posteros patrimonium. Fieri namque solet, vt paterna hæc vis, & inhibitio suis bonis, commodisque non raro coniugia fraudet. Si quæ igitur in connubijs contrahendis inter Parentes, & Filios oriatur dissensio, illorum celebrationem differant Parochi, donec, re ad Nos relata, quicquid magis expedire visum fuerit, constituamus.

Conc. Trid. sess. 24. in principio

§ 12 Ne quidquā per temporaria festa Matrimoniorum detrahatur religioni, & sanctitati, moniti Parochi velint, ad quos spectat, vt tam in Celebratione, quàm in Benedictione, iocularia, & ludrica omnia, nimios sumptus, ac luxus, & vanos, futilesque abusus, quę superstitionem, fatuitatem, aut obscænitatem sapiant, oblegantes Christianam potiùs moderationem, congruum decus, laudabilemque frugalitatem, quæ Coniugum statum, Sacramentique vene-

Rit. Rom.

 rati-

rationem non dedeceat, obſeruent.

§ 13 Coniugum, & teſtium nomina, diem, locumque, quo Matrimonium contractum ſit, necnon & ſubrogationem, ſi quę fuerit, alterius Sacerdotis, qui aſtiterit, Parochi cum fide in Connubialem librum referant iuxta legem per Rituale Romanum latam. Referant & mandata, quæ in ſcriptis ab Ordinario acceperint; & diligentèr aſſeruent. Ad amuſſim præcepta ſeruent Tridentinæ Synodi ritus, & commendatas, ſi quæ vigeant, conſuetudines. De omnibus ad Matrimonium pertinentibus ſæpius in anno Plebes ſibi cõmiſſas erudiant. Non erudientes, pœnas dabunt ad arbitrium Epiſcopi.

Conc. Trid. d. cap. 1

§ 14 Reuocamus tandem in memoriam Animarum Rectoribus, à primis Veſperis primæ diei Dominicę ſacri tẽporis, cui Dominici Aduẽtus nomẽ eſt, ad celebritatẽ vſq. Epiphaniæ; & à media nocte, quæ Cineralia præcurrit ad octauum vſq. à Paſchate diem incluſiuè interdicta omninò eſſe, quę ſequuntur, Nuptias ſolemnitèr celebrare, inire conuiuia, Benedictiones accipere, Sponſam traducere.

Rit. Rom. Cong. Episcop. 18 Decẽ 1589

Cong. Episc. 12 Decemb. 1589

De Vita, & Honestate Clericorum.

TIT. XXIII.

CVm vero verius sit, quod à Sanctis Patribus consignatum non ignoramus esse chartis, laudatissima sanctioris vitæ exempla tubas esse, & classica, quorum clangor bellantium promoueat, exciteturque alacritatem aduersus hostes, qui & sensu percipiuntur, & intelligentia, Clericorum non dubie erit, qui in sortem Domini vocati sint, & in aliorum exemplar perindè ac luminosa candelabra, quæ ad spectaculum sint Modio imposita, vitam, moresque habitu, gestu, incessu, opere, sermone, alijsque id genus ita componant, vt nihil, nisi purum, nisi graue, nisi moderatum, nisi religiosum præseferentes a recto honestè, sanctèque viuendi tramite nulla vnquam ratione deflectant.

P. Antioch. Hom. 80. Nicephor. Gr, tunc h. in obitum S. Antonij Patriarchæ.

Can. Clerici, & Cleric. 21 Dist. Conc. Trid. sess. 22. c. 1 de Ref.

§. 1 Cum nequeant virtutes induci, nisi vitia, quæque vitijs callidè blandiri soleant, radicitùs euellantur, idcircò quibus clericalis sors cælitùs obtigit, nihil non impendant operæ, ac studij, vt nihil non vitiosum, leue licèt & videatur, & sit, sedulò euitent, funditùs deleant. Comessationes igitur, & compotationes omninò auersentur, Chorearum ductus, & prophana omnia Ioculatorum, Histrionum, Circulatorum, Actorumque spectacula, quæ lasciuos ignes humanis amoribus subijciunt, & ad ea incendunt,

Conc. Trid. vbi sup. & sess. 24. c. 12 de Ref.

C. 1. & 2 ne Cler. vel Monac. c. vnic. de Vit. & honest. Cler. in 6.

per quæ turpes, fœdasque labes Clericale nomen suscipit. Crapulam propellant, & ebrietatem. Aepulis nuptialibus, alijsque huius ordinis celebritatibus, ac ludis cantilenis nè vacent, fidibus nè canant, noctù nè vagentur cantibus, & lusibus dantes operam, neuè vagantes sequantur, & comitentur. Personati nullo vnquam tempore incedãt. Si quis cō paruerit, soluat in pœna scuta quinque & viginti, aliasque luet pœnas, quas Nostrum sanxerit arbitrium.

Can. Nullus. Cleric. 44. dist. c. Clerici offic. de Vit. & honest. Cler.

Cauponas, & Tabernas, quæ Intemperantiæ plurimùm, & continentiæ seminaria sunt, quasque scorta, lusores, scurræ, Blasphemi aut inhabitant, aut frequentant, nè ingrediantur (iter longiùs habentes excipimus, & ad eas alitèr ex necessitate diuertentes) mulctandi, si secùs faxint, scutis quindecim.

c. Cler. offic. de Vit. & honest. Cler. & d. sess. 24 c. 12.

§ 4. Omnia ludorum genera, neminem planè fugit, quantum pariant, conflentque iurgiorum, rixarum, odiorum, inimicitiarum, inhonestarum vocum, blasphemiarum, malorumque. Volumus proptereà, vt qui Ciuitati, Diœcesi Nostræ in Dominico Clerici deseruiant, à ludis abstineant cùm publicis, tùm priuatis aleærum, taxillorumque, à follis maioris iactu, ab Hathludio, à Pila lignea, à Rotula, pœnam indicentes, si negligant, scutorum quindecim. Eadem per eos pendetur pœna, qui ipsorum & ludorum, & ludentium spectatores fuerint: Animi tamen causa, non cupiditatis gratia intra domesticos parietes, vel in aliquo secessu udos permittimus Scacchiæ, Pilæ palmaris, aliosque, qui liciti, honestique sint. In suis domibus ne patiantur lusibus ex industria ope-

ram nauari, prophana agi ſpectacula, obſcœnas pendere imagines.

§ 3 Quamuis aurum rubigo non exedat, inficit tamen, eiuſque fulgorem inumbrat. Clerici, qui, cum Archiepiſcopo Moguntino, aurei eſſe debent, non lignei, & inter Laicos nitidiſſimi, licèt quæ illorum eſt prudentia, fœdari nulla re, nulloque vitio poſſint, omnem tamen rei minus honeſtæ ſuſpicionem ſegregaturi à ſe omninó ſunt, cum ſibi non ſolum benè conſcij eſſe debeant, ſed etiam bonæ conſcientiæ apud homines teſtimonium exhibere; Fœminarum itaque conſortia euitent, earum maximè, quæ ſuſpicionem faciant. Cum Matribus tamen, Sororibus, Amitis, Fratrijs, fratrumque filijs domicilium vná habere poſſint. Si alias in contubernium adſciuerint, ex ſacris Canonibus, decretiſque Tridentini culpæ non impares de ipſis ſumentur pœnæ. Quia tamen Domeſtici quotidiana neceſſitudo obſequij cogit Clericos fœminam cohabitãtem habere, nullam habeant, nullam admittant, niſi quinquagenariam, Nobis, vel Vicario Noſtro generali approbatam, quam probationem impetrabunt, Parochi teſtimonio exhibito de moribus, ætate, & vita non ſuſpecta famulæ. Ad Lectionem, ad Scriptionem, ad Cantum, ad Pſalmodiam, & ad alia huiuſmodi, ſine Noſtra facultate, iuxta Deceſſorum Conſtitutiones, Clerici ne informent. Improbis, & non benè audientibus hominibus Clerici præſertim adoleſcentes familiaritèr nè vtantur, ſed ijs tantùm, qui coæui, qui benè morati, qui vita, & doctrina commendabiles, & præ-

S. Bonif.

C. p. de cohabit. Cler. & Mul.

Can. Interdixit 32. diſt. & Trid. ſeſſ. 25. c. 14 de Reform.

Synod. Card. Carp. hoc tit. c. 8 § 11.

cipuè

cipuè Sacerdotibus, quibus ætatis maturitas sit, & prudentiæ grauitas, è quorum exemplo, & consuetudine Virtutum haurire possint documenta. In foris, ac vijs totos dies ne otientur, oscitabundi ne vagentur, Histrionicas, Scęnicasque actiones, quas Nebulones exhibeant aucupaturi gratiam popularium ad quæstum, ne spectent. Sic enim suæ dignitati non parùm detrahent, apud Nos in honoribus deferendis repellentur; & Sacerdotes, qui iam ad confessiones admissi fuerint, ijsdem priuabuntur, exploratisque per Nos eorum moribus, dignas quoque pœnas subibunt.

§ 4 Clericorum ornatus non in incessu tantùm, & in consuetudine positus est, sed etiam in veste, & habitu. Et, si reiectis cibis, quibus pro sua quisque fortuna ali debet, alios sibi compareт, videtur, & censetur intemperans; ità & Clericus, si congruis posthabitis indumentis preciosiora expetat, ābitionis nota insignitur. Fulgidis ideò vestibus, fucatis, virgatis, varia scissura distinctis, discoloribusque nè sese curiosiùs amiciant. Superiores vestes talos attigant Sacramenta potissimùm administrantibus, Sacra facientibus, Diuina persoluentibus. Nigrum tantùm colorem induant, atque ità, vt interiores nulla ex parte appareāt, quæ nullo sint textu ornatæ, puræ, humiles, decentes, Ordinique consonæ. Nullis tamen sordibus squaleant, nulla scindat incisio, nihil minus decorum habeant. Lacerę Clericis ne sint vestes, quas ne deferant, Humilitate etiam solicitante, cum æquè redarguatur nimia ornatus elegantia, ac nimia

C. Cleric. l. 2. de Vita honestate Cleric. Can. 1 dist. 41.

Cā Omnis Cā, Prçcipimus 21 q. 4 c. Clerici Officia de vita, & Honestate Clericorū. Clē 2 eodem titulo.

Can. pan. 23. dist.

mia vestium vilitas. Caligas deferant vel nigri coloris, vel nigro persimilis. Calcei è nigro tantùm corio sint, quos pedibus aptet non affectata incisio, non inanis vanitas. Pileis pariter nigris operiant capita, puroque circumornetur cingulo, cui nihil à serico superbi. Collaria collum circundent, eaque simplicia, munda, non nimiùm porrecta, nec alio colore insignia. Byssinæ manicæ ne nimiùm promineant. Armillas ne gerant, vel ligulas propè manus ligatas, atque pendentes. Qui contra fecerit, scuta persoluet decem, aliasque pœnas, quas Nostrum infliget arbitrium. Officia etiam, & Beneficia cogentur deponere, & alias sentire pœnas, quæ incorrectæ immodestiæ, vt, quod loquuntur, incorrigilitati per Sixtum V. aliosque Pontifices in suis Constitutionibus sancitæ sunt. Breuiores tamen vestes, quæ eundem colorem, eandemque honestatem retineant, non apertas, non fucatas, non inanijs exornatas, non laceras, non sordidas, quatuor infra genua digitos porrectas iter facturis damus; Rùri degentibus, alijsq. indigis Clericis, etiam Vrbanis, dummodò in Ecclesiasticis functionibus, diebusque solemnibus talarem vestem induant. Vt autem ab omni ostentatione Clerici quàm longissimè recedant, interdictum volumus, ne varias, & immodestas in veste teneant laicales, quæ hac tempestate increbrescunt, consuetudines.

Cā Omnis. C Nullus. 6 ā Episc Ca Sine Cā. Precip. 2 q. 4. Cā. Clerici 2 dist. Clem. 2 de vi & honest. Cle Can. Cleric. dist. 1. Clerici Offic de vit. & hone Cleric. Conc. Trid se 14. c. 6.

Ann 1589. 1 Ian.

§ 5 Digitos ne ornent annuli, in Sacramentis potissimùm administrandis, Missæque Sacrificio peragendo. Doctores excipimus, & quos Ecclesiastica

aliqua decoret dignitas, quibus tamen, sed extra Aram, Atque dicationem, simplicem annulum deferre per Nos liceat. Equitantes ephippijs, frænis, pectoralibus, calcaribus, corrigijs auro, argentoque confectis ne vtantur. Comam ne nutriant, Calamistratos ne gerant capillos, eosque nec in fronte extentos, nec in humeros defluentes, nec celantes auriculas. Barbam concinniùs ne comporant, pilosq. superioris labij, quod etiam alibi innuimus, ne ità patiantur porrigi, & promitti, vt Eucharistici sanguinis sumptioni aliquid afferat impedimenti. Vnguentis se nè oblinant. Odoribus ne referciant, qui vtpotè per Græcum Antistitē effœminantes fomenta credita sunt deliciarum, quę dictu facile non est, quàm Clericos dedeceant, vt cum illis delicia Deo sint. Coronam Clericalem nunquam non deferant, quæ pro Ordinum gradu maiorem, minoremque gerat latitudinem, quęque abraso capillo omnibus appareat. Si quos nouerimus Beneficia obtinentes, etiam in minoribus constitutos, habitu, & tonsura non vti, sciant & priuilegio fori, & Officijs, Beneficijsque Ecclesiasticis planè carituros. Qui autem pro libitu, Nobis inscijs, per annum, vel perpetrato delicto, Clericalem vestem abiecerint, ne Nobis tantūmodo permittentibus, rursus induant.

C. Parsimoniā 4 dist. dicto Cap. Clerici off. ad & a Clemē. tina 2. C. Clericæ Cler. de V it. & honest. Cler.

C. Omnis. 21. q. 4. Nazianz. Tetrast. 18.

Prou. 8.

Sixt. V. Const. incip. Cum sacrosancta, & alia incip. Pastoralis 1589.

§ 6 Cachinnos immodestiæ indices comprimant, solutissimisque, risibus quę argumenta sunt fatuitatis, moderentur. A vanis colloquijs, ab ineptijs à fabulis abhorreant. Inconditis clamoribus ne obstrepant. In dissertationibus procacitatē relegent, verborumq.

asperitatem irritantem animos. Secunda noctis hora iam audita, Clericus vel sine lumine, vel sine veste obambulans deprehensus, pœnam sustinebit aureorum decem, & per mensē carceris. Eadem afficietur pœna, qui interdiù, nulla data causa, deprehendatur Clericorum more non indutus.

§ 7 Iudiciorum disceptationes, ac strepitus Clericalis muneris sit effugere, & Procuratoris, Causidicique officiō non fungi, nisi pro Ecclesia, pro consanguineis, pro miserrimis, sed in foro tantùm Ecclesiastico, & factā à Nobis potestate. Aliòquin de inobedientibus pœna sumetur (quam Nostri imposuerunt Decessores) aureorum quinque & viginti, cum alijs ad arbitrium Nostrum. Ad sæcularia iudicia Laicos ne trahant, ibique nullum in Criminalibus testimonium ferant, quod quidem in Ciuilibus non interdicimus, data à Nobis tamen facultate, modo probationes in Criminale iudicium non euadant, & per acta Nostræ Curiæ iureiurando obstringantur. Artem Medicam ne exerceant, & Chirurgicam. Proxenetam, aut Tabellionē ne agant. Sordidum quodlibet, vel illiberale opificium Clericali dignitati planè indecorum, perque sacros Canones quauis ratione interdictum nullo modo tractare audeant. Sæcularia negocia ne administrent. Nihil emant, quod cariùs vendant. Frumentarij, Vinarij, Olearij ne sint, nec per alios, per quos nec aliena, nec alia, quæcumque illa sint, negotialia habeant, imò nec mediatores, vt ita loquamur, sint. Prædia, fundosque lucri studio nè conducant. Onus prophanum, aut Laicale nè su-

Synod. Episc. Stephani 157 c. 18 dist. 1

Synod. Card. Carpin hoc. ti. c. 3.

Syn. Ep. Andr dist. 5. c. 2.

c p ne Cler. v. Monac. in 6 & Cong. Episc. 14 Apr. 1615

Ca. Canonici 9. 4.

beant. Contractus quomodolibet suspectos ne conficiant, certo habentes se rem ipsam amissuros, quæ locis pijs erit applicanda, quarta parte secreto denuncianti seposita, aliasque passuros grauiores pœnas.

§ 8 In Laicorum domibus, Nobis non annuentibus facta copia, quæ in annos singulos renouetur, nullum suscipiant ministerij, famulatusque genus. Nullius tutelam, vel curam accipiant, nisi charitate adducti, Nostra tamen præuia facultate. Si quando Executores scripti fuerint testamentarij, quod tamen munus subiri nolumus, si per Nos non liceat, dent operam, vt, quę iam vita functi constituerint, executioni quàm primùm demandentur. Cum Clericorum arma orationes sint, quæ Carthaginensis Præsul arma appellauit cælestia, & lacrymæ, quibus & armorum nomen indidit Hierarcha Bizantinus, omninò prohibemus, ne quis arma deferat, cuiuscumque illa sint generis, defensionis licèt, ac venationis prætextu, cultro tamen excepto ad quotidianos vsus necessario, facultatibus omnibus ante hac fortasse concessis per hoc Decretum rescissis. Qui Nobis inuitis, gestauerint, pœnæ loco scuta persoluent quinque & viginti, aliasque perferent pro Nostro arbitrio. Si quæ, vel Ius commune, vel Apostolica Constitutio, capitali pœna proposita, vetuit, arma Clerici gestauerint, scutorum ducentorum, & Anathematis pœnam ipso facto sentiendam grauiùs augebimus. Arma tamen necessariò delaturi, siuè quod per loca infesta habendum iter sit, siuè quod casu aliquo sit

Cong. Episcop. 14 Iun. 1619.

Can. final. 36. dist.

Ciprian ep. 1.

Chrysost. Hom. in Psal. 11.

Clem 1 de vit. & Hon. Cler.

adeundum vitæ periculum, siuè quod iusta causa postulatura id sit, hoc beneficij Nos, vel Vicarium Nostrum Generalem exorabunt, causis diligenter expensis.

§ 9 Quia è ferarum, earumque potissimùm syluestrium clamosis venationibus, in quas adhibenda ex necessitate arma sunt, præter expectationem in pericula vetitur, & discrimina, venatorijque labores eorum potiùs sunt, qui stipendia faciunt in castris, & mentem a pietate auocant, Clerici omne venationum genus detestentur, & declinent, ideòque nulla ad venationem instrumenta seruent, nullosque in id rei Canes alant, & Accipitres. Si secus fiat, damnabuntur scutorum decem.

C. 2 in fin. de Cler. ven. Conc. Trid. sess. 24. c. 2 de ref.

§ 10 Singulis Clericis singula saltèm sint superpellicea, eaque munda, singulaque bireta; eaque decentia, quibus in Ecclesiastica quauis functione nunquàm non vtantur, nisi tempestatis inclementia aliter exegerit. Superpelliceo autem, & bireto assumptis, & impositis Officinas ne ingrediantur, neuè per vias discurset. Sacris quotidiè vel operentur, vel intersint. In Ecclesijs, & in Supplicationibus Chirothecas ne induant. Vrbem, & Diœcesim Nostram nemo Clericus deserat, vel deuotionis, & peregrinationis causa, nedum negocij gratia, nisi petita à Nobis venia. Qui, dum per Nos non liceat, abierint, ab ijs pœnæ exigentur arbitrariæ.

Synod. Card. Alter. hoc tit.

Can. Non oport. de Consec. dist. 5

§ 11 Ecclesiæ, cui adscripti sint, ne indiligentèr deseruiant. Qui nulli fuerint adscripti in Diœcesi, suæ quisque Parochiali, in Ciuitate, Cathedrali suam præ-

ſtent operam diebus Dominicis, & præcipuè, ſi de Vrbanis Clericis ſermo ſit, cum Epiſcopus in Solio aſſiſtit, vel Sacris Pontificali more fungitur. Denique Clerici id operæ, vt Miſſis, Veſperiſque ſolemnibus interſint, in Hebdomada potiſſimùm maiori, vel pſallentes, vel miniſtrantes. Id quod quò faciliùs impleatur, per Sacrarij, vel Cæremoniarum Præfectum in Cathedrali, & in Diœceſi per Rectorem Eccleſiæ ſit liber aliás decretus, in quem referantur qui ſuum munus obeant. Qui ſatis officio non fecerint, ad altiores Ordines non aſcendent. Vt aſcendant, teſtimonium à Parocho exhibeant, ſe in obſequio, vel miniſterio frequentes fuiſſe. Sacerdotes rem Diuinam Dominicis ſaltèm diebus faciant, *alijſque* feſtis, & ſolemnibus. Diaconi, & Subdiaconi celebrioribus diebus ad Aram miniſtrantes panem ſumant Euchariſticum, id quod ſaltèm bis in menſe faciant. Omnes autem nullo non tempore Diuinarum rerum meditationi ſtudeant, deque ijs religioſa miſceant colloquia.

Trid. ſeſ. 23 c. 14 de Ref.

Synod. Card. Alter., hoc tit.

§ 12 Vt ad Dominicæ vineæ culturam *vocati melius* in dies & ſibi & alijs proficiant, ad liberales diſciplinas incumbant, & Gregoriano cantui, curantes, vt animo potiùs quàm voce Deum laudibus exornent. Sobrij itaque ſint, caueantque, nè inter modulandum ſibi ipſi nimiùm indulgeant. Prophanos Libros legendo nè terant, impura, & inhoneſta quæque, quibus boni mores facilè corrumpantur, nè oculis vſurpentur, ne manibus contrectentur. Horas Canonicas, qua par eſt ratione, perſoluant. Sacra-

C. clerantes, & c. in ſancta 91. d. 3. extrauag. comm. de Vit. & Honeſt. Cler.

rum literarum, sanctorumque Patrum documentis vacent, & hauriendis studio, & tractandis operam, Concilium Tridentinum, Synodicas constitutiones, Romanum Catechismum, morales Theologos, Ecclesiasticos Ritus perquam diligenter euoluant, vt necessariam alijs, sibique praecipuè subditis ferentes opem, cœlica & ipsi æternæ beatitatis assequantur proemia.

De Officio Parochi.

TIT. XXIV.

CVm Diuino præcepto, id quod in Tridentino statuitur, mandatum sit omnibus, quibus animarum cura tradita est, vt Oues suas agnoscant, vt pro illis Sacrificia offerant, vt Verbi Diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, bonorumq. operum exemplo pascantur, vt pauperum, aliorumque miserrime viuentium solicitudinem patiantur, vt denique pastoralia omnia obeant munia, satis suo facere nequeunt muneri, nisi credito Gregi inuigilent, quod Parochis omninò præstandum docuit Sacerdotalis tunica, quæ Israeliticum ornabat Sacerdotem, cum tota, animaduertente ex Hebræo sacrarum literarum Interprete, esset oculis contexta.

Conc. Trid. sess. 23. c. 1 de ref.

Exod. 28.

Pagn. ex Heb.

§ 1. Ab animarum igitur Pastoribus seruari volumus,

mus, quæ de Parochorum officio, & residentia à sacris Canonibus, à Concilijs, à Summis Pontificibus, à Synodicis his Nostris Constitutionibus sanctè, & vtiliter sancita sunt, ne damnoæ negligentibus sint pœnæ, quas Canonica, Pontificia, Synodica iura constituere. Mandamus in primis, vt Parochialium Ecclesiarum Rectores, alijque, qui vel iure, vel consuetudine residere debeant, per se ipsi in suis Ecclesijs omninò resideant. Declaramus autèm eos tātū re uera residere, qui in Parochialibus ædibus Ecclesię continentibus habitent, ibique & cibum, & somnum capiant; vel sicubi suis ædibus Ecclesia caruerit, in alijs eadem ratione domicilium habeant, quas intra Parochiæ fines conduxerint, intra quos si nullæ fuerint, saltem viciniores incolant, quæ commodiores sint. Eosdem iubemus Parochos, aliosq. quos Animab[9]

Conc. Trid. ses. 24. c. 4.

præesse oporteat, per se ipsos, non per alios, nisi potestas à Nobis facta fuerit, impositam administrare prouinciam. Diuinum Verbum explicantes, Sacramenta ministrantes, ad rudimenta fidei erudientes, eaque omnia, quæ sui sint muneris, peragentes. *Si quis* non resideat, lethali se noxa obstringet, & sine alia de-

Id. d. ses. 23. c. 1

clarațione, fructus non percipiet suos, qui in pauperum vsus erogabuntur, vel Ecclesiæ, vndè abfuerit, vel piorum locorum pro Nostro arbitrio, grauioresq. pœnas perferet, quę per Concilium Tridentinum, & Constitutionem Pij V. irrogatæ sunt. Nec suam

Pius V. 15 Id. 1568.

purgabit incuriam, si dixerit, idoneum à se Vicarium. vel Cappellanum relictum, & ab Episcopo approbatum. Causæ tantùm excusabunt, quas iura afferunt,

ſuis adhibitis circumſtantijs.

§ 2 Caueat Parochus, cuique animarum cura ſit, ne poſthac, nulla per Nos data, & quidem iuſta de cauſa, facultate, vltra biduum, vna tantùm nocte interiecta, à Cura abſit, soluturus pœnæ loco in quālibet noctem, quam extra Parochiam exegerit, aureos decem, qui, vt ſupra, conferentur, cui quidem pœnæ lethale peccatum accedet, à quo nemo abſoluat, pecunia ad quadrantem vſque non ſoluta, ſaluis tamen pœnis, quas allata iura in non reſidentes ſancita voluerunt. Si quis autem inopinato caſu abeſſe cogatur, nec facultatem obtenturus Nos adire poſſit, de cauſa tamen abſentiæ Nos quàm primùm certiores faciat, vt ſi, quod ſperamus, iuſta ſit, & rationabilis, rata per Nos, firmaque ſit facultas, quam à Vicario foraneo, quod omnino fieri volumus, expetiuerit. Si verò tàm repentinus, ſubituſque acciderit caſus, vt nec ab ipſo Vicario peti poſſit, cum Nobis certò ſignificatus fuerit, factum probabimus; ſin minùs, abfuiſſe planè putabitur, pœniſque non reſidentium erit obnoxius. Idem fiet, ſi vrgentem abſentiæ cauſam ad Nos non detulerit. Vicarijs autem foraneis notum illud ſit, quibus in ſubitis caſibus abſentię veniam ad breue tempus degentibus in ſuæ Vicariæ finibus per Nos tribuere licet, ſe Vicario Noſtro Generali datam veniam indicaturos, vt intelligere poſſit, an iuſta de cauſa abfuerit, & an cum alterius detrimento, exempli cauſa, ſi æger morti proximus alteri commendatus non ſit: ex quibus quo pacto in harum facultatum conceſſione ſe ſe

dicto c. 1. sess. 23.

gerere debeant Vicarij, in posterum non ignorent. Easdem prorsus conditiones teneri volumus, cum à Nobis ex Decreto Tridentini ad bimestrem absentiam facienda potestas esset. In illud enim temporis Parochiali ministerio Vicarius idoneus, & approbatus est præponendus; Permittenda autem non est absẽtia, nisi sũma coegerit necessitas, sanctissimis totius anni temporibus, Aduẽtus nimirùm, Quadragesimæ, Publicæ supplicationis, Solemniorum celebritatum, & Iubilæi.

§ 3 Cùm ante omnia inuigilandum Parocho sit, vt in sua Plebe firma Orthodoxæ fidei fundamenta maneant, incorruptique mores cum religione stabiliantur, neruis omnibus contendat, vt non tantùm vitia, corruptelæ, superstitiones, prauę consuetudines, & damnata dogmata Fidei, Religionique penitùs repugnantia funditùs extirpentur, sed etiam eadem de causa singulis saltèm diebus Dominicis, festisque solemnibus, necnon temporibus Aduentus, & Quadragesimæ ter ad minus in qualibet hebdomada, vbi nemo concionatorio fungatur munere, Diuinum verbum prædicet, vel de occurrentibus Euangelijs piam, ac religiosam conciunculam habeat, vt ad Charitatem, Christianęque legis custodiam inflammet, culpar ũq. detestationẽ psuadeat, & ad omnia, quę animarũ cõducãt saluti, extimulet. In trádẽdis Catholicæ doctrinæ mysterijs, inque Pueris, Puellisque ad ea informandis, in quibus posita Christi fidelium salus est, seruet, quæ suo loco sancita volumus: nec quauis de causa tàm vtile, tàmque necessarium onus,

mur usque detrectet, nè pœnis afficiatur, quas ibi comminati sumus. *sup. tit. 2.*

§ 4 Diebus Deo sacris, hora præstituta dato signo, altiori voce Vesperas in Ecclesijs recitent Parochi, vt omnes audiant. Si quis auxilio sit, alternis decantent, seruata etiam consuetudine, si quę fuerit, recitandi Completorij per Quadragintadiale ieiunium: Matutina & nocte nascentis Domini, & triduo patientis in Ecclesijs persoluant, conuocato per solemne signum Populo. Clerici omnes, qui sub Parochiarum signis merentur, omninò illis intersint, Parocho opem ferentes. A negligentibus capientur pœnæ, quas alibi proposuimus. Festorum dierum, & Ieiuniorum obseruantiam inter Missarum solemnia indicant, & commendent, doceantque de illorum obseruātia, deque pœnis in violatores sancitis. Edicta, Constitutiones Ecclesiasticas, cæteraque à Nodis per hæc Synodalia Decreta iam demandata promulgare nè omittant. Parochianos admoneant, vt, si quis teneatur morbo, significent, se pro more, proq. officio opem laturos, & Sacramentis ministrandis præsto futuros. In Agone versantes ne deserant expectantes, dum animam efflent. Qui in re tàm graui negligentèr fecerint, in pœnis erunt, quas suprà sanximus, & grauiores addemus, quæ negligentiæ respondeant. Aduentante mortis hora pro comperto habeāt faciendos ægris animos, vt benè, sanctèq. è vita migrent, adhibenda è sacris paginis solatia, subleuandos omnibus rationibus languores, & metus, excitandos de admissis culpis dolores, ponendas in *Con. Trid. sess. 25 in fin.* *Tit. de Extr. Vnct.*

Sur. in S. Eligio Episc.

Christo vno pro nobis passi spes. Per id temporis illud obuersetur animo, ex eo transitu animam, quod aiebat Nouiomensis Episcopus, vel æternùm gaui uram cum Sanctis, vel sine fine cruciandum cum impijs. Si quem, quod auertat Deus, mors abripuerit per Parochi ignauiam, à Sacramentis immunitum, alijsque Ecclesiæ suffragijs nō cōfirmatū, Diuinæ vltionis irā nō effugiet, Nosq. petemus ī ipsū pœnas arbitratu Nostro durissimas, suspēdētes etiā ab officio, & beneficio. Cōscientias propterea oneramus Vicariorū foraneorum, vel Parochorum, qui viciniores sint, vt à Coniunctis, vel proximis Defuncti, si quid famæ de indiligentia Parochi, in cuius finibus diem obierit, quærant, an Rectoris culpa tantùm factum sit mali, remque ad Nos statim deferant, vt in negligentem seueriùs animaduertere possimus.

§ 5 Vestiget Parochus, numquis in Parochia Concubinus, numquę suspecta mulier, quæ offendiculo sit, siuè scandalo. Si quem, si quam comperecrit, ad bonam frugem reuocare contendat. Si nihil proficiat, Nobis id indicet, vel Vicario Nostro Generali, vt scelerum procacitatem Iustitiæ gladio infligamus. Solertissimè etiam perquirat, numquis è Parochianis præter ius, fasque mercaturas faciat, cōtractus iniquos ineat, Simoniaca pacta firmet, tactus Anathematis fulmine post ānū obdurescat, Ecclesiastica bona ad se traducat, ab alijs traducta detineat. Virgines rapiat, incestus admittat alienos Thoros cōspurcet, Stupra perpetret, Sacrilegia cōmittat, Lenocinia exerceat, Ludo omnia dissipet, a Maleficijs nō tempe-

ret

ret, ab indiuiduo thori consortio secedat, in ficto, vel minùs legitimo connubio degat, in matrimonio per-stet, quod in gradibus prohibitis, & cum canonicis impedimentis initum sit, vt vel à se ipso, vel a Nobis ea de re consultis opportuna tot, tantisque malis admoueantur remedia. Si quis, legitima non allata satisfactione, in rebus tanti ponderis Synodica hæc mandata executus non fuerit, sciat tantos peccatores in eius dorso fabricari, onusque imponere, quod ad Orcũ pertrahat, & a Nobis grauissimas accepturum esse pœnas.

§ 6 In singulos annos eorum nomina, qui in sacro-sancta Paschatis celebritate Eucharisticas dapes non sumpserint, ad Nos Parochi, vel ad Vicarium No-strum Generalem deferant. Moneat prætereà omnes, qui inter suas oues recensentur, ne eodem Paschatis die aliò sese conferant cum Christo epulaturi, indictis pœnis, quæ è Nostro pendeant arbitrio. Inter Missarum solemnia Plebem suam Parochus sæpè moneat, vt Parentes, Nutrices, aliæuè mulierculę cum infantibus annum nondùm agentibus somno indulgeant, sed quietis locum ipsis constituant, qui segregatus ab illis sit, & tutus, ne sese mouentes infantulos opprimant. Si quis in Parochiam aliquam concesserit fixurus in illa domicilium, per Syndicum, vel Custodem, post tertium ab ingressu diem, Parocho se sistat, vt se Iuris ipsius esse profiteatur. Si quandò domum mutet Parochus, id credito sibi Gregi significet, vt faciliùs conueniat.

Tit. de Sacri Euch.

§ 7 Inimicitias, Odiaque è iurgijs orta, si quæ Pa-

stor

ſtor ſuas inter Ouiculas eſſe nouerit, tolli, ac dirimi omni ſtudio curet, dum conſuli melius, cômodiuſq. poſſit. Intentiſſimè præſertim inuigilet ad delenda diſſidia, quę inter domeſticos, & conſanguineos, & maximè inter coniuges incaleſcere cęperint. Si parùm ipſe profecerit, palam Nobis faciat, quæ debeamus, officia impenſuris, & pertinaces, non vna præmiſſa cohortatione, Iuſtitiæ vinculo compreſſuris. Si rixæ eiuſmodi vel inter Parochos & Sacerdotes, vel inter Parochos & Parochianos, alioſque ſæculares fuerint, nec ad mutuam Chriſtianæ conciliationis gratiam rediuerint, Sacerdotibus acceſſu ad Aram, immolationeque interdicemus, ſęculares verò per mulctas, &, ſi opus fuerit, per carceris pœnam ad Pacis fœdera compelli curabimus, donec irrogatas mutuò iniurias mutua conciliatione contriuerint.

Conc. Trid ſeſ. 13c.14 deRef. § 8 Diebus omnibus Dominicis, alijſque feſtis, quibus Populus rei Diuinæ intereſſe debeat, rem Diuinam Parochus faciat, anteàquam in alijs fiat Eccleſijs. Curet, vt omnes interſint, quantum in ſe eſt, Paſtores, Bubulci, Cuſtodes. Si quandò in proximo Oppido agatur celebritas, ita vt eò libentiſſimè Parochiales Oues omnes concederent ſacris interfuturæ, Parocho tamèn nè liceat, etiàm prætextu ferendi vicino auxilij, qui viciſſim eius feſto die ferat, alienam petere Parochiam, niſi ſatis ſuo fecerit muneri in ſua Eccleſia & ſacra peragens, & alia obiens. Niſi aliquid Parochos impediat, Deceſſorum decretis inſiſtentes, iubemus non diebus

Synod. Card. Alter. hoc tit.

modò

modò festis Eucharisticam Hostiam offerre Deo, quod quidèm ipsis omninò prçstandum iam diximus, præcipiente Ecclesia, verùm etiàm duobus diebus in hebdomada, & potissimùm feria sexta, per sacrosanctã eãdem Hostiam pacem cum Deo. mortalibus conciliare, id quod præcipuè Sacerdotalis Ordinis est. cum Sacerdos in Melchisedechio Pacis Rex appelletur, ita vt ter singulis hebdomadis Eucharistico Sacrificio Populus intersit. Quocircà, vt suo munere fungi facilè possint, seruandas ducimus Decessorum Constitutiones, quibus prohibentur alijs Ecclesijs locare operam, alibi sacra facere, Pueros in Gymnasio docere, alijsque sese implicare negotijs, nisi à Nobis, iusta impellente causa, facultatem impetrauerint.

Phil.lib. 2. Alleg.

Syn.Car. Carp. hoc.tit. c. 5.

§ 9 Parochiales Ecclesiæ Sanctissimam Eucharistiam, pensili præluceote lampade, nunquàm non asseruent. In dies singulos Angelicæ salutationi recitandæ ter edatur signum, in Aurora, in Meridie, in Vespera. Post primam Noctis horam idem detur signum, vt preces vnusquisque pro Defunctis fundat. Domibus suo tempore pro more benedicatur, qua quidem benedictione illos nemo dignetur, quos Meretrices, in Paschate non communicati, publiciq. peccatores habeant, quibus in illaudato vitæ genere persistentibus ne dẽtur candelę festo die Purificatæ Virginis, neuè Olearum rami Dominico Palmarum die; quas tamèn candelas, quos ramos reliquis Christi fidelibus, vt iubẽti fiat satis Ecclesiæ, distribui omninò volumus. Nouis supellectilib', vasisq. ad sacros vsus

Con.Cic.Episc. Eugub. 23 Feb 1647.

adhibendis Parochi nè vtantur, nisi Episcopali benedictione consecratis. Aedibus Parochialibus, nedum Ecclesia, quod iam statutum fuit, Curiæ contumaces ne excipiant, vel iunctos sanguine, si ad ipsas confugiant. Nobis id statim significent, nè in pœnas incidant, quas alibi irrogatas non nesciunt. Si quos in Parochiæ finibus agere nouerint, quos Tabellæ propositæ excommunicatos denunciauerint, vel aliàs euitandos: Populum admoneant, vt fugiat, & ipsi ingressu prohibeant Ecclesiæ. Altaria, si quæ in Parochia fuerint, indotata petant, vt instruantur necessarijs, & sustineantur. Si, ad quos id spectat, admoniti, constituto vnius mensis termino, non paruerint, Nobis illicò indicent, vt, quod iám decreuimus, alijs instruenda, & ornanda demus. Neminem, cui à Nobis permissum nôn sit, pijs locis eleemosinas quæritare, Indulgentias euulgare, Reliquias proferre, Nolas siuè campanulas pulsare, conciunculas habere, cantiunculas fundere patiantur.

tit. 49. 10. *Synod. Card. Alter. hoc tit.* *Greg. XIII. ann. 1582.*

§ 10 Nemo in Ecclesia, cui animarum cura incumbat, licet exempta, in Cappellanum assumatur, qui præmisso, vt mos obtinet, examine, per Nos approbatus non sit, & tunc auxilio sit Parocho, cui inseruiat, quò diligentiùs satis Populo faciat, non autem, vt, cessante Parocho, Cappellanum Cura omnis maneat. Si quis Nostræ huius Sanctionis mandatum contemptui habuerit, sciat sibi sacris per Anathema interdicendum, tertiamque fructuum partem, quæ pijs locis attribuatur, amittendam. Quod de Cappellanis sancitum volumus, intelligendum Regula-

res credant de ijs, quos tàm in Ciuitate, quàm in Diœcesi ad animarum curam elegerint, ita vt, quicquid de Parochis supra constituimus, de Regularibus constitutum quoque sit, qui ad curam exercendam per Nostrum examen admissi exequi debent, quæ Sæculares Parochi. Si secus factum voluerint, suspensionem à Curiali ministerio incurrent, aliasque dabunt pœnas, quæ non impares culpæ sint, vbi singularem pœnam Nostra hæc decreta non proposuerint. Curatis siuè Regularibus, siuè Sæcularibus vetitum planè sit, nè, Nostro non accedente permissu, Supplicationem, siuè Processionem vllam, quauis de causa habitam, & cuiuis Ordini peculiarem, præter Generales à Nobis indictas, vltra Parochiæ fines producant; subituri, nisi paruerint, pœnas ad arbitrium.

§ 11 Parochis Liber sit, in quem Parochiæ limites relati sint, bona omnia Ecclesiæ siuè mobilia, siuè immobilia, eorumque Locationes, Oblationes, Decimæ, Onera Missarum, Visitatorum decreta, Iura ad Ecclesiam pertinentia, Instrumentorum exempla, vel saltem Notariorum, qui scripserint, nomina. Alij quoque Parochis libri sint, quibus mandetur Status animarum, Baptizati, Confirmati, Matrimonio iuncti, Vita functi ex præscripto Ritualis Romani, non omissis die, mense, & anno, qui per extensum, quod aiunt, adnotentur. Si quid ex his per Parochos sit testimonij loco excipiendum, gratis excipiatur, nisi aliquid percipi soleat, & ad verbum prorsùs exscribatur.

Synod. Card. Alter. loc. cit.

Con. Trid. sess. 24. c. 1. & 2.

 § 12 Pa-

§ 12 Parochum, qui in morbū inciderit, Parochus inuisat vicinior, cùm primùm sciuerit, & si quem alium in id æger non expetat, Sacramentis muniat, curetque, vt sanctè, & fortiter excedat, eaque planè præstet, quæ ad salutem consequendam necessaria sint. Vbi primùm vita cùm reliquerit, idem Parochus literis Nos doceat de excessu Comparochi. Qui verò suffectus in demortui locum interea fuerit, dùm alter succedat, Parochiæ subditos cohortetur omnes, vt pias Deo preces effundant, qui pro sua pietate vigilantē, idoneumque successorem tribuat. Exaranda hic loci essent & alia ad Parochialem prouinciam pertinentia: Nè tamen vltra modum titulus excrescat, clausula illa sit, vt quibus Parochiale onus iniunctum vnquam fuerit, multum eò conferant studij, ut Catechismum, Ritualeque Romanum quàm intentissimè perlegant, & quæ Synodicis his Nostris Constitutionibus, titulisque præcipuè, qui de singulis Sacramentis conscripti sint, omnia sedulò obseruare, vt ad eas, in quibus partes illorum desiderandę nulla ratione sunt, quam maximè informentur.

De Decimis, & Oblationibus.

TIT. XXV.

FAcit (nemo eat inficias) Decimarum, quæ Deo debetur & Ecclesiæ, solutio exoptatissimã & animarũ, & corporum salutem. Soluens tantũ á Deo init gratiæ, cui mirum in modum obsequitur, vt, teste Angelico, sanctitudine animas, & perfectione cumulet, ditetque; corpora verò temporarijs augeat, oppleatque fortunis, auctore Africani Orbis Sole, itá vt in voce Hebraica, quod animaduertère non-nulli, tam affinia, & cognata sint Decimarum solutio, & opum copia, vt per characterem puncto notatum, vno tamen puncto dirimantur. Non soluens autem tantum infert animæ detrimenti, vt, sentiente ipso Africano sole, *Qui Decimam non dederit, ad Decimam reuocetur i. Dæmonibus, quæ decima fuit Angelorum pars, associetur.* vt, scribente Arelatensi, detur impio militi, quod non datur Sacerdoti, &, docente Episcopo Nouiomensi, partibus nouem ablatis, sola maneat decima. Vt mala hæc omnia propulsentur, ad præscriptũ Tridentinæ Synodi, pœna Anathematis intentata, àqua, nisi restitutione facta, non fiat absolutionis potestas, cui ex lege debentur, integræ persoluantur Decimæ.

Can. Decim 16. q. 5.

D. Thom. p.

Aug serm. 1. de Decim.

Salã. in Pro 3. v. 10.

Aug. vbi sup.

Cæsar Arel. H 41 de Decim.

Elig. Ep apud B. Andrenum Episc. Rotoma

Seß. 25. c. 1 de Reform.

§ 1. Vt ergò, à quibus soluendæ sunt Decimæ, ad eas soluendas promptiùs cutratur, Parochi, qui ac-

cepturi fint, inter Sacra peragenda, quicquid de Decimis Concilium statuerit, Populum benignè edoceant, vtque à Concionatoribus hoc ipsum edoceatur, perquàm studiosè curent. Confessarijs quoque iniungimus, vt pœnitentes, & Patres-familias inprimis de Decimarum præcepto interrogent, nè in Excommunicationis pœnam misserrimè ruant; ac neminem, qui in soluendis Decimis fraudem admiserit, vel detrimentum intulerit, Absolutionis beneficio afficiant, nisi Decimis, cui debeantur, plena manu persolutis, siuè inita cum accepturo conuentione.

Cap. Tua Nobis de Decim.

§ 2 Nè Parochi, Ecclesiarumque Rectores, qui in illis perpetuò residere debeant, exortis litibus, decimisque dilatis cum subditorum detrimento abesse cogantur; sublaturi quicquid impedimento esse possit, volumus, vt vna tantùm ad Parochialem Aram, populique frequentiam denunciatione præmissa, Parochialisque Ecclesiæ valuis affixa, & per Vicarium Nostrum Generalem subscripta, breui ad satisfaciendum termino constituto; statim, eo elapso, appellatione remota, executionem contra morosos committant, salua tamen Excomunicationis sententia paulò antè expressa. Imo, quo faciliùs Decimas assequantur Parochi, decernimus, quod olim in superiori Synodo, vt Ecclesiarum Rectoribus in solidum, vt leges loquuntur, actio competat & in agrorum Dominos, & in colonos partiarios.

Synod. Card. Alter. hoc tit.

§ 3 Exigentes Decimas, iure suo, nè capiant, sed petant, ipsasque cogentes, earumque iura tuentes ità sese gerant, vt vna tantùm diuini cultus reuerentia

oculis


oculis obuersante, illius potiùs custodiendi, quàm sui commodi augendi speciem præseferant. Caueant præterea, nè ijs, quæ Parochialis sunt officij, denegatis, in Decimarum debitores instituatur actio, sed in eos agatur per Iustitiam, neuè circa illas consuetudines aut abrogent, aut inducant, Nobis inscijs; qui, si secus fiat, pœnas sumemus ad arbitrium, de præteritis tantũ, nõ de futuris pactionẽ admittẽtes. *Mone. de Decim. c. 5. q. 6. conclus 3.*

§ 4 Cùm vna, eademque lex dici non possit in singulis Diœcesis Nostræ locis de eo, quales, quantæque soluendæ Decimæ sint, hanc enim materiem consuetudo legitimè in singulis locis præscripta fermè moderatur, certis idcircò legibus præcludendi, à Constitutionibus Synodi proximè superioris nihil discedentes statuimus, vt prima completa visitatione, in qua de his consuetudinibus exactè certiorati quas de Decimis in posterum soluẽdis Sanctiones promulgabimus, inuiolate seruentur. *Cap. cum sint. &c. ad Apostol. de Decim.* *Syn. Car. Alter. hoc. tit.*

§ 5 Oblationes, quas Christi fideles sacris vel Aedibus, vel Altaribus elargiuntur, nemo è Laicis vsurpet, retineat, suosque in vsus, vel ipso paupertatis prętextu conuertat, excommunicationis alioquin gladio feriendus. Quæcumque offerantur in Ecclesijs, Altaribus, Sacellis, siuè Oratorijs, quæ in Parochiæ tamèn finibus posita sint (exceptis tantùm eleemosinis, quæ Societatibus tributæ sint vel SS. Sacramenti, vel Rosarij, vel consimilium) asserimus non ad Rectores, ad Capellanos, ad Beneficiatos, etiàm si ipsis specialitèr dentur, sed ad Parochum spectare, qui partim in vsum suum conferat, partim *C. Quæ Sacer. C. Sanctorum. C. Hanc consuet. 10. q 1* *Genuẽ. in praxi c. 57. q 2n. 3* *Cap. ad audientiam de Eccles. ædif. c. ex is ãsmissis, vbi glos. de presũpt.*

partim in Diuinum cultum, in reparationem Ecclesiæ, Altarium, & Oratoriorũ, quorum necessitatibus oblatæ sint, partim in alimenta pauperum, laudabili alia consuetudine, quæ ad hoc vsque temporis forsi án seruata sit, suam vim obtinente. Si quæ incertum vsum, certamque destinationem ex piè largientium voluntate, menteque præbeantur, per Parochum fidelitèr administrentur, qua suprà ratione docuimus, & pro consilio, votoque offerentium, Nobis quoque non inconsultis, executioni demandentur. De Oblationibus tandèm siuè acquirendis, siuè dispertiendis, siuè locandis, prohibitas volumus omnes quæcumq. illç sint, conuentiones, necnon contractum omnem de futuris oblationibus ineundum, non-assentiente Summo Pontifice. Qui contra fecerit, ingressu ipsi interdicetur Ecclesię, aliasque patietur pœnas, quas Nostrum irrogabit arbitrium. Permittimus tantùm, vt probata, ac iusta fiat de præteritis transactio.

Tit. de sacr. imag.



De Se-

De Seminario Clericorum.

TIT. XXVI.

CVm sacrosancta Tridentina Synodus id oneris iniunctum iuerit Episcopis, vt Collegia instituant, & sustineant Seminariorum nomine, in quibus Clerici ad Ecclesiastica munera, procedêre tempore, euehendi eò commodius erudiantur, quò faciliùs à tenerioribus annis ad ea omnia, in quibus Sacerdotio olim initiandus versari oporteat, assueuerint, Nos, quos planè indignos, & impares Episcopali infula Spiritus sanctus, qui Tridentino conuentui ad Decreta omnia dux, & auspex nunquam non fuit, exornatos, & insignitos voluit, Concilio parituri, Collegium Seminarij, cuius extructionem Decessoribus Nostris Ecclesiasticæ in Ciuitate, ac Diœcesi hac Nostra disciplinæ tuendæ, augendæque studio incensis, Tudertina Vrbs in acceptis referre æternum debet, sanctionibus, quæ sequuntur, muniendum, firmandum, ornandumque putauimus. *Sess. 23. c. 18. de Reform.*

§ 1 Tempus, quo in posterum adolescentuli in Collegium adlecti ad literas, moresque honestè, sanctèque informandi conuiuere debeant, quinquennio longiùs non commorentur. Si cui tamen iusta aliquà de causa producendum Nobis videbitur, id quidem beneficij scripto fiet. Vacante loco, ex DecretoConcilij, admittantur minimum duodecim *d. c. 18.* *Synod. Card. Alter. hoc tit*

annos

annos nati, vt maximè septemdecim, pauperes, e legitimis nuptijs orti, prima saltèm tonsura initiati, ad prima Grāmatices rudimenta docti non, valetudinarij, vt studia colere possint, eaque indole præditi, quæ in liberalibus & Ecclesiasticis disciplinis progressum habituros fidem faciat, queque Ecclesiæ ministerij operam iugem præstituros spem afferat.

§ 2 Sciant admittendi, Seminarium se eo ingressuros consilio, vt Sacerdotale fastigium teneant. Nisi tenuerint, vel eiecti meritò è Seminarij academia fuerint, sumptus omnes in eorum victum à Collegio factos, rependere omninò cogendos. Vt pij ergo loci consulatur indemnitati, Alumnus ingressurus idoneū præstet fideiussorem, qui in Tudertino prædia obtineat, se Collegio restiturum, quicquid ipsi alendo expensum fuerit, alitèr in Clericorum numerum non adscribendus, nisi per acta Episcopalis Curiæ stipulata fideiussione. Declaramus autèm sumptus iàm dictos adscensuros in singulos annos ad scuta quadraginta.

§ 3 Quia Clerici huius Collegij Ecclesiasticis ministerijs addicti esse debent, vt indè egredientes ad sacros ritus sint satis, supèrque instituti, mandamus vt Dominicis, festisque diebus, atque etiàm sanctiori hebdomada cum vestibus ad talos vsque demissis, decentibus Biretis, mundisque Superpelliceis, Præfecto vidente, Missæ maiori, Vesperis, Horis Canonicis, Christianæ Catechesi, & quolibet Sabbato Deiparæ Litanijs in Cathedrali intersint. In Supplicationibus perquam modestè procedant. Concio-

nantibus in primaria Basilica operam semper impendant.

§ 4 Præter ieiunia per Sanctam Ecclesiam & indicta, & præcepta, singulis Sabbatis sese inedia affli-ctent in honorem Virginis maximæ, cuius Horarias preces in dies recitent, & Rosarium quauis hebdomada, & semel in mense Officium Defunctorum. Mane surgentes, vesperi cubitum ituri quotidianum expediant exercitium. Inter comedendum spiritualis lectio excipiatur auribus. Sacris in dies adsitent. Decimo & quinto quoquo die Confessione peccata expient. Singulis mensibus Eucharistico vescantur ferculo. Cic.dict. c.18

§ 5 Habitum puniceum, siuè violaceum, suetisque cum cæremonijs benedictum semper deferant. Breuiorem concedimus rus profecturis. Publicis spectaculis ne delectentur. A nuptijs, à choreis, à fabulis abstineant. Ab humanis illecebris abhorreant. Ludos euitent. Soli ne incedant. Alijs domo exeuntibus, domi nemo maneat. Profanos libros, & à Clericali professione alienos ne habeant, sed tantùm quos Rector permiserit. Nullum gestent armorum genus, cultellos scriptorios, & forficulas in cubiculo tantùm habeant. Contra facientes arbitrarias Nobis dabunt pœnas.

§ 6 Ex Alumnis Seminarij nemo, non facta à Nobis, vel à VicarioNostro Generali, & quidem scripto, potestate, quæ certum tempus contineat, noctem extra Seminarium ducat. Qui secus fecerit Legis contemptor, aut suo tempore non redierit, contu-

maciæ, & inobedientiæ reus ne excipiatur ampliùs. Cui autē poteſtas data fuerit, à Seminario ne exeat, niſi à Rectore humilitèr petiuerit, vt ſibi benedicat.

§ 7 Ad bonos non tantùm mores, fideique rudimenta Clerici in Seminario erudiendi ſunt, ſed etiam ad Grammaticen, aliaſque, quas capiendo ſint, diſciplinas. Romanum Catechiſmum, Tridentinamque Synodum ſedulò euoluant, & vernaculo donent idiomate. His docebuntur, quid ſeruandum ipſis ſit vel ad Eccleſiaſticos gradus aſcēſuri, vel Sacerdotijs, aut Beneficijs per examen potituri. Diebus, horiſq. opportunis, nè vtiliora deſerenda ſint ſtudia, Cantum Gregorianum addiſcant, Computum Eccleſiaſticū, Diuinas literas, Sacros ritus, Catholicas cæremonias, aliaque, quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem pertineant. Feſtos dies non indiligentèr abſumant in Eccleſiaſticis Hiſtorijs, in SS. Patrū Homilijs, in Euangelijs perlegendis, vndè vitam Clericali nomine dignam componant, eiſque potiſſimùm, quę ad audiendas confeſſiones ſpectent, imbuantur, vt datis & loco, & tempore Parochialibus *Curijs* præfici meritò poſſint.

Conc. Triden. c. 18.

§ 8 Qui Conuictorum nomine in Seminarium admitti cupiant, quantum ſuprà diximus, in ſingulos annos argenti Collegio numerent, vel minùs, aliqua Noſtrum arbitrium permouente cauſa. Nigris, ſed Clericalibus, niſi alitèr viſum Nobis fuerit, ſeſe veſtibus amiciant. Cathedrali cum alijs operam præſtent. Ne prauæ ſurrepant conſuetudines, nullus menſis abeat, quin, ſi quid in diſciplina, & inſtituti-

one requiratur, Rector ad Nos deferat, vt consultum maturè iri possit. Si quis inter Alumnos rudis ità videatur, & indocilis, vt Sacerdotalis gradus honorem assequi nequeat, vel ità non benè moratus, vt scandalo sit, seque non patiatur corrigi, & alios impediat, quo minùs in moribus, & in literis proficiant, Rector Nos moneat, vt vel digna afficiatur pœna, vel si res poposcerit, expellatur. Quod ad regimen attinet, quicquid in eam rem Decessores Nostri sancitum identidèm voluerunt, seruandum omninò statuimus. Alioqui subeundæ erunt pœnæ, quas ipsi irrogarunt, & Nos, si videatur, irrogabimus.

De Monialibus.

TIT. XXVII.

SAcræ Deo Virgines, quas & Moniales, & Sanctimoniales appellamus, quod vni Christo prorsus deuotæ, eique per cælicas in terris Nuptias planè traditæ; vt propterea Alexandrinus Præsul scriptum reliquerit, *Membra Virginum præcipua, & propria Christi sunt*, Altissimo inhient Sanctimoniæ fastigio, quâ vna parit Virginitas, quæ Mediolanensi Præsidi dicta est Virtutum Parens, quàm solertissimè per eos, qui Virgineis conuentibus præpositi ex officio sint, custodiendæ sunt, nè concepta animis sanctitudinis, & per-

Athan. Apolog. ad Constantium Imp.

Ambros. Or. funeb. in Morte S. Satyri fris

& perfectionis spes irrita, & inanis accidat.

§ 1 Cum Diuina charitas, quæ in Virginibus Deo dicatis præfulget, non aliundè magis refrigescat, quā ex colloquijs, quæ cū sæcularibus misceant, Edictum
12. Iun. 1658. per Nos alias promulgatum renouantes præcipimus, vt nemo siuè Laicus, siuè Clericus cuiuscumq. gradus, & conditionis sit, Monasterium quoduis Monialium petat, Monialem allocuturus, quouis prætextu, Nostra, vel Vicarij Nostri Generalis non obtenta in scriptis facultate, soluturis, qui hoc præceptum nihili habeant, in pœnam scuta decem, quorum quarta pars executori, denunciatori altera, reliquæ duæ locis pijs applicandæ erunt; alias etiam luituris pœnas, quas Nostrum imponet arbitrium, ratione non obedientis habita. Patres tamen excipimus, Matres, Germanos fratres, Sorores, earumque famulas, quibus omnibus copiam facimus filias, sorores consanguineas appellandi, honestas etiàm, & nobiles Mulieres, earumque Pedisequas; dummodò non accedant per tempora Quadragesimæ ad Octauam vsque à Paschate diem, Aduentus, Quatuor temporum, sextarum feriarum, Vigiliarum, quæ vel ex consuetudine seruentur, Festorum dierum ex præcepto, aliorumuè, quibus Moniales ad Eucharisticam mensam accubuerint, Horarum, quibus opera Diuinis detur, funduntur preces, cibum in Refectorio sumant.

§ 2 Nulla siuè facultas, siuè exceptio suffragetur ijs, qui Moniales extra loca colloquio statuta aduocent, vel in ijsdem locis, aut in Ecclesia, aut in Sacrario, quod vulgò Sacristia, diebus præsertim celebrioribus

ribus,comessentur, & compotent. Et si quis, ianua patente interiori, ferat cum ijsdem colloquia, poenam non tantùm dabunt aureorum viginti, dabunt & alias, quę spectata rei conditione, arbitratu Nostro sancientur. Sacerdotibus sęcularibus iuxta atque Regularibus, ne liceat Sacra facturis ad Ecclesias Monialium accedere, Nobis vel Vicario Nostro Generali scripto non annuentibus, & inscio Confessario. Qui accesserit suspensionem à Diuinis perferet. Data sacris fungendi facultas, ne data quoque intelligatur Monialem, qualiscumque illa sit, alloquendi, sacro vel peragendo, vel peracto. Id quod ad alios porrigimus, qui ad alia, cuiuscumque sint generis, Diuina celebranda sese contulerint. *Syn. Car. Carp hoc tit. c. 4 §. 1*

§ 3. Quiá Regularibus in perfectionis statu constitutis ex Sacrę Congregationis Decreto, quæ negotijs præest Regularium, summorum Pontificum iussu fuit olim accessus interdictus ad Moniales etiám suorum Ordinum, eadem sacra Congregatione non permittente, quod indè laxatum est, mandante Vrbano VIII. dum locorum Ordinarijs datur in mandatis, vt per illos liceat Regularibus quater in anno Moniales alloqui, quæ sint ipsis iunctæ vel primo, vel secundo consanguinitatis gradu, seruatis tamèn conditionibus, quas ipsum complectitur Decretum infrà exscribendum. Quæ Nostræ etiàm partes sunt, omnes, & singulos monitos Regulares volumus, cuiuscumq. sint Ordinis, status, ac dignitatis, siuè in Diœcesis Nostræ Cœnobijs commorantes, siuè hùc per transitum appulsos, nè ad Moniales Nostra non acce- *ex decr. Sixti V. sac. Congr. Regular. ann. 1590.* *Dat. Romæ 11 Kal. Decemb. 1625.*

dente permissione, sese conferã; nè in petitione fraudem astruant, nè conditiones non seruent. In illos enim seuerissimè agemus inflictis pœnis, quæ sunt officiorum, vocisque actiuæ, & passiuæ priuatio, aliæq. quæ Decreto continentur.

Decl Greg XV ann. 1623.

Cög. Cõc apud Barbos. de off. Episc.

§ 4 Sacerdotibus etiàm Regularibus, licèt per Nos ad Confessiones audiendas admissis, nè liceat Moniales peccata confitentes audire, nisi certo alicui Monialium Monasterio à confessionibus esse iussi fuerint. Tunc autèm facta audiendi vnius Monasterij potestas, ad alia nè protendatur; aut prorogata censeatur, & semèl ad excipiendas Monialium confessiones dimissus, vi eiusdem deputationis easdem rursus audire non poterit, cum Confessarij, quos vocant, extraordinarij, quoties opus fuerit, dimittendi, ac deputandi sint. Quoniam hoc Confessariorum genus dimittitur, vt potiùs Monialium consulatur libertati, quàm vt suspiciones ipsis importentur, vt Confessarij eiusmodi adiri possint ab omnibus, re nulla prohibente, quod quidèm facilè fieret, si quæ ferretur opinio, grauiori aliqua culpa premi, quæ relicto, vt loquimur Ordinario, accesserint, statuendum putamus, & statuimus, vt, quo tempore Extraordinarius Monialibus aures præbuerit Pœnitentiæ Sacramentum obeuntibus, Ordinarij suspensa sit facultas; qua de re iubemus Ordinarium Monialibus aperire, hortarique omnes, & singulas, vt Extraordinarium adeant si minus confessuræ, certè benedictionem accepturæ.

Cong. Episc. 29. Nouib. 1605.

Fiet Extraordinarijs potestas à reseruatis absoluendi. Sedes Confessariæ, vulgò, Confessionalia in Sacra-

rijs.

rijs, locisque remotis nè lateant, sed in Ecclesijs pateant exterioribus.

§ 5 Cum per sacra Concilia, Sanctionesque summorum Pontificum graue Nobis iniungatur onus, vt Monialium Claustra siue Clausuras, quæ etiam Regularibus obtemperant, per quàm diligentèr custodiri curemus, Confessarijs præcipimus, Abbatissis, ac Priorissis, vel Ministris Monasteriorũ, vel exẽptorũ, vt quàm maximo cũstudio clausuris inuigilent, sciãtq. si quẽ, nõ visa, qua sibi esse testatur, data à Nobis facultate, admiserint, feriẽdos, & feriẽdas ipso iure gladio Anathematis, à quo Summus tantùm Pontifex absoluat, officiorumque priuatione, ad quę & in posterum inhabiles sit. Monasteria, in quæ ius sit Regularib⁹, Cõfessarios nè excipiãt, qui per Nos approbati nõ sit. Antistitæ, siuè Abbatissæ, ex Monasterijs etiã exẽptis, ne proponãtur, electione Nobis nõ indicta, cui, si expedire videatur, & Nos adsimus. Si contra fiat, pœnas irrogabimus, quas Põtificię Constitutiones intẽtarunt.

Conc. Trid. sess. 25 de Regular. c. 5. & Const. Greg. XV. de Exempt. priuil. Greg. XIII. in Cõst. incip. vbi gratia

Paulus V. in alia incip. monial. statut.

Greg XV. dicta Constit. Cong Conc. ad dicta Const.

§ 6 Facta a Nobis potestate Monasteria ingrediendi ad necessaria ministeria, cautum & admittendis, & admissuris sit, nè, non vrgente necessitate, quis admittatur, ne quæ admittat. Vterque enim, si secus fiat, horribilem ipsam sentiet excommunicationis pœnam. Cum quis ingressurus sit, campanula signum detur, quo Moniales iubcãtur secedere. Indè Artificem, vel Operariũ, Moniales duæ, eæque natu maximę, per loca deducãt, vbi faciendum opus sit; quo facto, nulla mora ad ianuam recta reducãt. Ante Solis ortum, vel post Solis occasum in Monialium

Greg XIII. dicta consti.

Synod. Card Alter. hac t.e

ſepta pedem nemo inferat. Si intulerit, Anathematis telo, ipso iure perfodietur. Maxima impellente neceſſitate, nocte etiam intempeſta, Chirurgis, Medicis, Confeſſarijs licebit ingredi, & quidèm prælucente non paruo cereo. Confeſſarij tamèn nè ingrediantur, vocante ad mortem ægra Moniali, niſi ſeruatis ijs, quæ modò mandauimus, & ſuperpelliceo amicti, & ſtola collo circundata.

§ 7 Portæ, quibus Monialium obſerantur clauſtra, neceſſitate non ſtimulante, & Antiſtita, vel Vicaria non adſtante ne reſerentur. Aduocati, & Procuratores, alijque huius ordinis de reb⁹ ad munus ſuum ſpectantibus cum Præfectis ſermonem conferant, ijſque, quibus negociorum cura incumbat. Nobis inconſultis, & improbantibus neminem in Officialem accipiant Moniales, quæ Noſtri iuris ſint. Propè Monaſteria nulla per Laicos conſtruantur ædificia, vndè ſit in ipſa proſpectus. Si fuerint, obſtruantur. Profani agatur nihil. Næniæ ſileant, cantus, & luſus. Choreæ ne ducantur. Ludi, & clamores procùl abſint. Nulla exhibeâtur ſpectacula. In contra facientes erit pœna ſcutorum quinque & viginti, vel triplici per funem torquentem attractu. Impudicæ mulieres ne adhabitent, Monialiumque collocutoria, portas, & Eccleſias nè ingrediantur, nè eadem pecuniaria pœna mulctentur, publico fuſtuario, alijſque pro arbitrio. Sponſæ, annono ndum exacto, cum Monialibus ſermunculos ne ferant, non aſſidente Confeſſario, & niſi modeſtiùs incedant ornatæ. Ad Monaſteria nemo accedat docturus vel cā-

tum,

tum, vel lusum, siuè sonum. Nobis non expresse permittentibus, Musici per nullam quamuis occasionem admittantur seù voce, seù fidibus modulaturi: Periculum enim adibunt subeundę etiam corporalis pœnę. Cum Monialibus, Puellisque apud Moniales degentibus nemini contrahere liceat, Vicario Nostro Generali non consulto, non consentiente, per quem præstito consensu, à Cancellario Nostro contractus omninò stipuletur: Aliòquin acta nulla erunt, pœnæque exigentur ad arbitrium. Pecuniæ retrouenditionis censuum, qui ad Moniales spectent, penes ipsas nè deponantur, sed penes sacrum Montem, vt in alios census, aliaue bona stabilia conferantur.

Cong. Episcop. 1593.

§ 8 Monialibus interdictū volumus, nè edulia exteris instruant, nè fabulas, & quod aiunt, repræsentationes, sacras licèt & priuatim agant, nisi Nobis probatæ fuerint, & per id occasionis, vel aliàs nè quid induant extra pallium, vestemque talarem, nè se cingant armis, quæ cum virili habitu in Monasterium nè accipiant. Si lata lex neglecta fuerit, Præfecta permittens pœnam luet, suspensa in mensem ab officio; Moniales verò deposito velo, aliasque pœnas ferent arbitratu Nostro. Ecclesiasticas functiones, ac cęremonias à Monialibus peragendas expleri volumus ante Solis occasum, nè arbitrarijs per Nos afficiantur pœnis. Auscultatrices, quas vocant, quasque matura ætas commendet, quo tempore Diuina peraguntur, Diuinisque officijs nauatur opera, nullam e Monialibus euocent ad Collo-

Cong. Conc. 1. Iul. 1606.

Congr. Conc. in Ferrarien. 27. April 1604.

 cuto-

cutorium colloquium etiam habituram cum eo, qui facultatem exhibeat, nisi de rebus necessarijs miscendus sermo sit cum Rectoribus, Chirurgis, Medicisque, & alijs id genus. Permisso autem tempore itá assideant, vt dicta audiant, vt facta videant.

Cong Conc. in Girgen 12 Iã. 1604.
Cong Epis. in Neapol. ann. 1572.
Cõc. Trid. sess 25. c. 17. de Regul.
Id. Conc. ibidi c. 25.
Sac. Cõg. apud Barbos. de Potest. Episc. alleg 100. n. 3.
Conc. Trid. ses. 25. de Regular. c. 18.

§ 9 Ad Religionis habitum Puellæ ne excipiantur, quæ legere haud congruè norint, Horasque Canonicas persoluere, & duodennes saltem non sint. Earum inprimis exploretur voluntas, libera, an coacta sit, an sciant, quid agant. Idem planè seruandum cum ijs, quæ Monasteria ingressuræ sint Regularibus subiecta. Abbatissis propterea, seu Antistitis Nostræ Dioecesis, quamuis Regularibus pareant, præceptum volumus, vt tàm in Puellarum ingressu, quám in professione, quæ, exacto decimo sexto ætatis anno, emittenda omninò est, ante mensem Nos moneant, nè suspendere cogamur ab officio ad arbitrium, vt ipsa voluntatis exploratio fiat. Alioquin, eadem indicta pœna, tám ipsas, quàm Regulares Præsides prohibemus Puellam aliquam ad ingressum, vel ad Professionem admittere, non exquisito vel per Nos, vel per Nostrum Vicarium Generalem aut ingressuræ, aut professuræ consilio. In exquisitione cautum quidem sit, nè qua ratione cogatur, aut vis inferatur. Cogens enim excommunicatione plectetur. Cum volũtas pro explorato fuerit, initijs suffragis á Monialium Capitulo admittatur. Admissa Religiosis nè induatur vestibus, eleemosina, siuè dote reipsa non deposita penes sacrum Montẽ Pietatis, quæ, Puella Professionem

emit-

emittēte, soluēda erit Monasterio. Deponi etiā poterit penès aliquem, qui egregiæ sit fidei. Fideiussio interim præstetur pendendi in quodlibet semestre alimenta. In depositione necessariæ adhibeantur cautelæ, clausulæ, & obligationes, & præsertim, vt in subsidium, qui soluere debeat, excommunicationis fulmine tangi possit, necnon & iureiurando firmata renūciatio omnibus, & singulis inhibitionibus serię etiam, & ordine exprimendis. Admissa si vltra mensem ingressum differat, interrogetur iterùm, iterùmque admittenda proponatur Monialibus. Antea verò quàm habitum suscipiat, decernimus, vt tres saltèm ante menses, præcipuè si ex Vrbe non sit, in Monasterio perindè ac educanda maneat, vt Puellæ probetur Monasterium, Puella Monasterio.

§ 10 Ad Crates Puellæ nè procedant, nisi operto capite. Idem in Odæo, siue Choro seruent. Nouitiæ, completo probationis anno, quamprimùm non profitentes eijcientur, dum in morbum delapsis dilatio tribuenda meritò non sit. *Conc Trid. ses. 25. c. 16. de Regul.*

§ 11 In educationem excipiendę stent, necesse est, conditionibus, quas sacræ Congregationis facultas continet. Fideiubeatur in primis soluenda sexto quoque mense, & quidem anticipatè, quod aiunt, alimenta triginta scutorum, Nostro stipulante Cancellario, cum clausulis, & cautelis, quibus de supra. Luxui, & vanitati nè dent operam. Modestia in vestibus fulgeat. Iungendæ connubio statim dimittantur, cumque illis Præposita nullo pacto sinat sermonem copulare sponsos, eorumque propinquos, & affines. Egressurę

 quo-

quoquè sunt, vel religiosam vitæ formam suscepturæ, cum quintum ac decimum annum superauerint, deque eo Antistita Nos certiores faciat, vt dilatione á Sacra Congregatione non impetrata, partes Nostras obire possimus. Si quæ ex educandis, nulla electa sepultura satis in Monasterio naturæ fecerit, Monialium sepulcro condatur, & emolumenta, quęcumque illa sint, ad sacrarium pertineant Monasterij. Si plures educandas Monialium Conuentus, siuè Capitulū admissas voluerit, Præpositæ (sic iubemus) nè liceat vltimo loco admissam ad habitum, vel educationem accipere, nisi priorem monendam curauerit ante diem quintum ac decimum. Alitèr per susceptionem habitus, vel per ingressum nulla censeatur posteriori tributa prærogatiua.

Sac Cong. apud Ric. in prax. p. 4. resol. 209.

§ 12 Conscientias oneramus Præfectarum, nisi vigiles omninò sint in exigendis ijs, quæ tàm educandis, quàm Nouitijs exoluenda sunt, Morosos ad Nos deferentes. Vetitum eisdem sit, nè acceptilationes, vulgò receputas exarent cum spe futuræ numerationis, siuè solutionis, pœnas reddituræ ad *Nostrum* arbitrium, quas etiam reddent, si quid, dum per Nos permissum non sit, ædificandum instituant. Quod attinet ad disciplinam tenendam intra septa Monasterij, seruari volumus, & si opus facto sit, confirmari, & innouari monitiones, & præceptiones, quas prima Nostra visitatio præscripsit, typisque tradendas curauit, pœnis in contra facientes ibidem constitutis. Vt, quæ ad Nostræ Ciuitatis, ac Diœcesis Moniales spectant, faciliùs exigantur, quique illa

Ann. 1658. 28 Nob.

debe-

debeant, soluendo commodiùs sint; & ipsarum Monialium leuetur inopia, calci huius Synodi apponendas curauimus literas, quæ á Sacra Episcoporum Congregatione, quibusque datur facultas debitores compellendi, nulla obstante inhibitione, modo manu Sanctissimi signata non sit, & legitima appellatio in causa pendente non sit obtenta. *Die 12. Apri 1658.*

§ 13 Cum Nobis quoquè mandatum sit, vt, Nobis non annuentibus, nulla habitu dignetur Tertij Ordinis, fiatque, qui vulgaris sermo est, Tertiaria, Regularibus omnibus præcipitur, vt nullam mulierem ad suum habitum admittant, nisi Nostro impetrato assensu, quem nunquàm obtineant, si præuiò examine non constet, probatæ vitæ illas esse, bonisq. moribus præditas, & saltèm quadragenarias, deq. suo habere, vndè commodè viuant, cum consaguineis tantùm, vel affinibus primo tantùm gradu coniunctis cohabitare ex Sacræ Congregationis Decreto, quod infrà erit adscribendum. Mulieres, quæ, Nobis non abnuentibus, ad habitum acceptæ, ipsi Sacræ Congregationis Decreto inhærentes monemus, nè velum capiti imponant, nè Pectorale, vel Patientiam, vt loquuntur, deferant, vt, quę secus faxint, dimittere per censuras cogendæ sint. Confessarij Regulares, qui Tertiariarũ curam gerant, eodem imperante Decreto, ne ignorent, non posse se illis esse à confessionibus, nisi ad Confessiones sæcularium excipiendas fuerint per Nos approbati. *Cong. Episco & Regul. 2c Decẽb. 1616.*

De Vicarijs Foraneis.

TIT. XXVIII.

HVmanarum rerum ſtatus tantã patet in amplitudinem, vt Deus Omnipotens ad iuſtiſſimam tantæ molis moderationem, ſatis ipſe ſuperque licet ſit ad omnia vel innumera, vel infinita regenda, & adminiſtranda, Principes ſibi Legatos, & Vicarios adſciuit, teſte Romano ſapiente, qui ad Romanũ Cæſarẽ, *In terris*, inquit, *Deorum vice fungeris*. Diuinarũ pari ratione rerũ cõditio tantã porrigitur in magnitudinẽ, vt non modò in Orbe Chriſtiano vniuerſo Summus Pontifex, qui ſummas infra Solem vices gerit Diuini Numinis, qua quidem digniſſima appellatione Summum mortalium inſigniunt Reges Indici, quos ſæculum ſuperius vidit, miratuſque eſt in ipſa Ethniciſmi caligine Apoſtolicæ Lucis ſplendore illuſtratos, Vicarios ſibi adiunxit Epiſcopos; verumetiám in ſingulis Chriſtiani Orbis partibus, & Eccleſiis, ac Diœceſibus ad grauiſſimum animarum regimẽ Epiſcopi, quos ſanctiſſimus ille Pontifex, & Dei Vicarios appellauit, & terrenos Deos, ſuis non poſſunt non indigere Vicarijs. Nos igitur, quos Diuinæ libuit liberalitati Epiſcopali vel citra meritum donare infula, cum in ampliſſima Diœceſi præſto vbique eſſe non poſſimus, Viros idoneos legimus, quibus vices Noſtras, vt demandamus, demandantes, per ipſos non ſecùs ac Vi-

Sen. de Clem. c. 1. c. 1.

Flauius. Cherubinus in Pio II. Conſt. 7. ex Indicis literis.

Clem. PP. Con. Apoſt. l. 2 c. 30.

carios sub tāti oneris grauitate idētidem ne dicamus, nunquàm non gementes allata ope erigamur, & subleuemur.

§ 1 Presbiteris itàque omnibus, & Clericis, qui domicilium in Diœcesi Nostra habēt, præcipimus, vt in Rebus ad Clericalem Ordinem pertinentibus suis pareant Vicarijs, quo deceat honore prosequentes. Aliòquin grauissimis afficientur pro Nostro arbitrio pœnis. Idē obsequij multo iustius exhiberi volumus Vicario Nostro Generali, cui quidem in omnibus, quæ ad Nos, iurisque dictionem Nostram ordinariam quomodolibet spectare possint, obtemperare, fauere, assistere, vt Nobis obtemperatur, fauetur, assistitur, vnusquisque debet Nostræ ditioni subiectus. In non parentes excommunicationis ferimus sententiam, quam in omnes, & singulos rebelles, si qui vnquàm fuerint, nunc temporis ferendam statuimus, alijs etiā additis pœnis, quas arbitratu Nostro iniūgemus. Cong. Rit. 20. Decemb. 1603.

§ 2 Vicariorū Foraneorum partes sint Ecclesijs Parochialibus, Oratorijs, Sacellis, Sodalitijs, quæ in Vicariæ finibus sita sint, præesse, dareque operam, vt Visitationis Decreta impleātur; Sacerdotum, Clericorumque vitam, ac mores inquirere; seduló excubare, vt Parochi ipsis subditi satis suo muneri faciant, suisque in Ecclesijs diù noctùque resideant: illud generatim contendere, vt Synodicæ Constitutiones ab omnibus seruentur, executioniq. mandentur. Si secus fiat, Nos quam primùm docere.

§ 3 Operam in eo locent, vt ex Nostro præscripto Pueris, Puellisque suis temporibus per Parochos, &

giſtros Chriſtianæ fidei rudimenta tradantur. Vt Congregationes, in quibus Conſcientiæ caſus proponantur, & diſcutiantur, vbivbi opus fuerit, habeantur, quæ ratione ſuprà demonſtrauimus: Vt Feſtorum dierum veneratio, in omnibus, quæ ſupra ſancita ſunt, cuſtodiatur: Vt legatis pijs, ſacrorumque oneribus ſatis fiat: Vt bona Eccleſiaſtica nè in deterius abeant, nè occupentur, nè alienentur, ſi per Nos non liceat: Vt Eccleſiæ ipſę proximæ lapſui reparentur; Si ad hæc implenda auxilio Noſtro indiguerint, indicent, vt, quicquid expedire videatur, ex officio præſtemus.

§ 4 Videant, An Clerici decentèr induant; An in victu temperantiam, in actione grauitatem, in ſermone honeſtatem teneant; An Eccleſias, & Diuina celebrent; An Parochi ſacramenta diligentèr adminiſtrent; An feſtis diebus intẽpeſtiuè ſacra peragant; An illicitis negotiationibus operam impendant; An offenſioni, ſcandaloque vlla in re ſint. Si qui vſpiàm peccantes non ſemèl prętmoniti ad bonam frugem non redierint, ad Nos deferant.

§ 5 Abuſus omnes è medio tollant, conuiuia, tripudia, comeſſationes, cohabitationes ante nuptias, aliaque ſi quę ſint, Chriſtianæ integritati ſupra fidem officientia. Inconfeſſos, Impœnitentes, ſeiunctos thoro Coniuges, omnes publicè peccantes palàm Nobis eſſe velint. Facultates, quibus ſanè ipſis
tit. 9. tit. 34. indulſimus, Vt per dies feſtos ſeruilia fiant opera,
tit. 19. §. 11. VtParochi, cũ quid repentinum acciderit, ab Eccleſijs abſint; Vt à reſeruatis abſolutionem impertiantur,

quàm

quám prudentissimè exerceant. In exequijs celebrantis, curæ habeant, ne quæ oriantur controuersiæ, vnde pium opus perturbetur.

§ 6 Si quandò Vrbem, re aliqua postulante, petant, ad sua ne redeant, Nobis, vel Vicario Nostro Generali, non aditis, doctisque de Populorum statu, quibus præsunt, deque ijs, quibus animæ indigeant progressum in rebus ad spiritum spectantibus habituræ. De ijs omnibus, alijsque hùc pertinentibus in singulos menses literis Nos appellent, quamuis graue nihil scribendum occurrat.

§ 7 Vbi cum Clericis suæ Vicariæ ad officia, vel anniuersaria persoluenda conuenerint, mensæ ipsi benedicant. Sacræ lectionis condimentum accumbentibus distribuant. Curent, vt luxum ab epulis arceāt, vt ebrietatē, voracitatēq. propulsent, vt ludos relegent, vt sermones de impuris prohibeāt, vt iurgia extinguant. Qui dicto audiens non fuerit, luet pœnas, quas Nostrum statuet arbitrium. In alijsque quauis de re habitis conuentibus sermones cum Clericis instituant de ijs, quæ communiter in Clero peccentur, quæque circa Animarum curam emergant, animo aduertentes, si quid temporali, aut spirituali indigeat auxilio, vt in Synodo proximè consequenti consuli omninò possit. Per idem temporis captēt occasionem, vt pars aliqua perlegatur Synodalium Decretorum, vt toto āni curriculo integra absoluatur lectio. Si quæ lecta fuerint, non seruari intelligant, omne illò studium conferant, vt impleantur, Nobis quoque eadem significantes, vt exactis pœnis, ad Decretorum

obseruantiam, quos oportuerit, compellamus.

§ 8. Altera indicta Synodo, quintum ac decimum ante diem quàm instituenda sit, Sacerdotes, Beneficiatos, Clericosque suæ Vicariæ conuocent, dentq. operam, vt in suis Ecclesijs sacra peragantur in honorem Spiritus Sancti, vel saltèm eiusdem Sanctissimi Spiritus collecta recitetur. De ijs consulant, quæ Nobis proponenda duxerint ad morum prauitatem castigandam, ad augendam Diuini cultus reuerentiam. Parochos moneant, vt diebus festis, antequàm fungantur sacris, Litanias cum populo recitent, eúq. cohortentur, vt vberrimum Synodo fructum à Deo precibus exposcat, vtque die Dominico, qui Synodum præcurrat, id faciliùs assecuturi, omnes, præmissa peccatorum confessione, Eucharistico sese pane reficiant. Moneant prætereà, vt eorum, qui eo anno sua peccata confessi non sint, qui sacro Paschatis die sacrosanctam Eucharistiam non sumpserint, qui Excommunicationis vinculo sint constricti, qui blasphemias in Deum, Virginem, Cœlitesq. publicè contorqueant, qui illicitos contractus exerceant, qui *maleficijs* sese implicent, qui Ecclesiastica bona occupent, vel occupata detineant, qui domi Concubinas alant, aliorumque, qui indignissimè peccent, Indicem Nobis ante Synodum tradant. Tandèm per ipsos Vicarios Syllabus afferatur eorum omnium, qui Synodo interfuturi sint. Adhibita in his omnibus exequẽdis negligentia grauitèr à Nobis plectentur.

§ 9. Prohibeant omni studio Vicarij, nè seculares Iudices de rebus cognoscant, causisque, quæ ad Epi-

ſcopale forum pertineant, neue Eccleſiaſticos ad ſuum tribunal trahant. Imò, quos ſeſe illis ſubieciſſe nouerint, pro viribus retrahant cogãtque, acta omnia reſcindere. Nos intereà omnia doceant, vt paribus pœnis petulantiam cohibere poſſimus, ne quid capiat vſpiàm detrimenti vel Epiſcopalis Iuriſdictio, vel Eccleſiaſtica immunitas.

§ 10 Crimine inter Clericos, vel cum Clericis admiſſo, nulla mora interpoſita, Vicarij veritatem explorent, Notario, ſiue Actuario, vel viro moribus integro adhibito, denunciationem, aut querelam cũ informationibus, vt aiunt, teſtiumque depoſitionibus excipiant, & ad Nos, vel Vicarium Noſtrum Generalem quamprimùm tranſmittant cum ſerie facti. Si delictum graue admòdum fuerit, certum mittant hominem, qui nunciet, vt quàm diligentiſſimè maleficijs occurratur. *Congr. Epiſc. 9 Iun. 1562.*

§ 11 Quoniam Vicariorum foraneorum officium certis quorumdam locorum Parochis nullatenùs itá adnexum eſt, vt nequeat, illis amotis, ad alios tranſferri, cum potiùs hominum diſpoſitio, quàm locorum conditio ſpectanda ſit, ideòq. á Deceſſoribus Noſtris facta non raró legatur permutatio, notum propterea omnibus eſſe volumus, non obſiſtente alicuius temporis poſſeſſione, penſatis circumſtantijs, Nos quàmprimùm Vicariorum ſeriem in meliorem formam redigi curaturos, nè munus huiuſmodi minùs aptis, & idoneis, non ſaluo præſertim digniorum honore, non ſatis prudenter videatur demandatum. *Prouin. Mediol. 1.*

De Beneficijs.

TIT. XXIX.

Conc. Trid. sess. 21. c. 1. de Ref.

ECclesiastica beneficia non aliò instituta, & constituta fuisse pro comperto nō est nemini, quàm vt, qui obtineant diuino cultui faciliùs vacent, commodius insudent, augeātque maioribus in dies obsequijs. Liquet indè, quàm modestè, ac temperatè sint expetenda, quàm sanctè, ac religiosè obtinenda. Terra enim Sanctorum est Beneficium, ait Abbas Claręuallēsis, in qua quidem iustè agēdū est, vt videatur gloria Dei, vt docuit Vates Euangelicus. Hinc excipitur, virtute duntaxat, & scientia præditis esse deferēda, quippe qui, eodem asserente Abbate, *sacris in suis vanitatibus, ac turpitudinibus non abutuntur*.

Bernard. serm. 23 in Cant.
Is. c. 26.
Bernard. Ibid.

§ 1 Beneficiati ergo omnes, cum primæ interfuerint Synodo, fidei professionem, quod suprà diximus, emittāt, saluis alijs professionibus, quę per *alios emittendæ* sint. Ordinem Beneficio adnexum intra legitimum tempus suscipiant. Tonsuram, habitūq. decentem gestent. Horas Canonicas, qua par est pietate, recitent. Alitèr Pontificijs Constitutionibus intentatas dabunt pœnas. Quoniam in lustranda Nostra Diœcesi multas inuenimus Ecclesias, & Capellas in simplex Beneficium erectas, & collatas, quę non solùm debitas requirant sacrificiorum celebrationes, sed etiàm necessaria supellectilia, Parochis pręcipimus

Tit. 1. de fid. Cathol.
Cōc. Trid. sess. 25. c. 2. 14. c. 12
Sixt. V. Const. Incip. Cum Sacrosancta. Pius V. Cost. 1577.

in quorum Parochiæ finibus sitæ sint, vt in illis curent sacra peragi, & necessaria parari, vt in Visitatione decretum est; Si nulla sint Missarum onera, Beneficiatos tamen iubemus sacra curare inibi facienda saltèm festo Titularis die. Si nec indecentia, nec ruina id patiantur, nec Ecclesia instaurari queat, id Nobis pro explorato sit, vt aliò transferatur Titulus.

§ 2 Quia absurdum satis est Beneficia etiàm simplicia in Nostra Diœcesi & vacare, & conferri, ignorata Nobis omninò & vacatione, & collatione, statuimus, vt cum Beneficium vacauerit, Iuri Patronali obnoxium, Patroni, qui Iuspatronale sibi tribuant, post sextum à vacatione diem, legitimo cessante impedimento, vacationem Curiæ Nostræ scripto denuncient, sub pœnis arbitrio: declarantes eos ob id non censeri adstrictos ad presentandum in termino pærdicto, sed quo ad hoc legitima tempora à iure definita illesa remanere debere. Si Beneficium liberæ sit collationis, & simplex, Parochus, in cuius Parochiæ finibus positum sit, intra idem temporis vacationem significet. Non significanti pœna arbitratu Nostro imponetur. Si verò animarum curam sustineat, Vicarius ipse foraneus denunciet eodem tempore, nè in eadem pœna sit. Cum Beneficium à Summo Pontifice, vel ab alio quouis, qui hoc gaudeat indultu, conferatur, nemini liceat, vel Collationis Romanę prætextu, Curia Nostra inscia, per alium Notarium possessionem adire, sed in Cancellaria Nostra diplomata exhibeat, quæ referantur in Codices, priusquàm ad possessionem procedat. Contra faci-

Conc. Trid. sess. 2. c. 7 de Ref.

Prouin. Medi ol. 2.

enti pœnæ arbitrio Nostro infligētur, quas inter erit amissio partis fructuū, quos primo anno pcepturus sit.

§ 3 Vacante Beneficio Parochiali, Concursus sit certè liber. Concurrentibus tamèn interdicimus, nè quis vlla vnquám ratione siuè directè, siuè indirectè à cócursu quēquā prohibeat, vel per minas, vel per promissa, vel per literas à Viro Principe cōmēdatitias. Nó modò enim damnum sarciendum erit, ad quod teneri firmitèr volumus, verumetiàm ex Decessorum decretis ipso facto, ferietur Anathemate. Literas autèm emendicantem commendatitias à potiundi spe Beneficij planè excludémus. Inter concurrentes omne pactorum genus vetitum facimus, per quę alter à concursu in alterius commodum auocetur, ac retrahatur. In paciscentes pœna incidet inhabilitatis ad Beneficium consequendum ipso iure incurrenda. Interdicimus quoque sub pœna suspensionis, nè quis iàm examinatus, vel alius quispiam, qui examen audiuerit, palàm cuique faciat, quod in examine exceperit, durante ipso examine.

Synod. Card. Carp. hoc tit.

§ 4 Examinatores ad concursum vocati *caueant*, nè concurrentem aliquem Collegis commendent, nè ad ea informent, de quibus interrogent, vel in examine voce quidquā, aùt nutu suggerant, nè aliquid prorsus siuè ante, siuè post examen accipiant. Si secùs factum voluerint, iusiurandum non modò violabunt pręstitum, verū etiám & illa vice, & in posterum deijcientur munere. Quod attinet ad munera, & qui dederint, & qui acceperint, Simoniacæ labis notam contrahent. Si quis Examinās indignum suo calculo

Conc. Trid. sess. 24. c. 18. de Ref. Synod. Card. alter. hoc tit.

admi-

admiserit, dignumque reiecerit, à Decessorum Nostrorum decretis non discedentes, declaramus intortæ per sententiam excõmunicationis pœnam subiturum.

§ 5 Stipendium Oeconomis, vel Vicarijs, qui vacantium Beneficiorum regimini præpositos voluerimus, rata, firmaque habentes, quę superioribus Sãctionibus constituta sunt, tantum esse debere, sentimus, quantum inter Diœcesanos in more positum sit, scuta nempè quatuor monetæ, vt aiunt, in singulos menses præter incerta emolumenta, seruata tamèn Nobis facultate augendi, vel minuendi pro censibus Beneficij. *Synod. Card. Carp. & Alter. hoc tit.*

§ 6 Cum Beneficium alicui conferendum fuerit, iureiurando apud Vicarium Nostrum Generalem, conceptis, quæ infrà apponentur, verbis profiteatur, nullam in eo assequendo Simoniam, illicitamque pactionem admisisse. Ad summum autèm intra mensem post aditam possessionem Inuentarium conficiendum curet bonorum omnium tàm mobilium, quàm immobilium, quæ ad Beneficium quoquomodò spectent, eiusque exẽplum ad CuriamNostram trãsmittendum. Qui non paruerit, pœnas soluet suprá sancitas, & alias etiàm grauiores. *tit. 6. §. 7.*

De Foro Episcopali.

TIT. XXX.

SI qua in Curia, si quo in Foro Iustitię trutina ità tractanda, ac temperanda est, vt nulla in cognoscendis caufis æquitas afficiatur iniuria, & suum cuique tribuatur, nullo dato expostulationis, & querimoniæ loco, Episcopalis Curia, Episcopale Forum tanta in sapientèr, iustèque iudicando laude, ac fama insigniri debet, vt nihil illa, illouè iustiùs fieri vnquàm posse non immeritò prædicetur. Id decoris, id nominis, id gloriæ Nos cupientes Curiæ Nostræ, Nostroque Foro conciliari, hoc titulo, per quem Diœcesanæ huic Nostræ Synodo suprema imponitur, Leges, quæ sequũtur in Tudertino, eòq. Ecclesiastico Tribunali & sanciendas, & seruandas omninò duximus.

§ 1 Decessorum Nostrorum Constitutionibus insistentes statuimus primùm, vt, quas per Iura Canonica causas liceat, summariè, simplicitèr, de plano, & sine strepitu, figuraque iudicij agere, & cognoscere, eadem prorsus ratione in Foro Nostro agantur, & cognoscantur, quo celeriùs, minòrique litigantium cum dispendio, & incommodo finem habeant. Id præsertìm fieri volumus in causis, quæ moram non patiuntur, alimentis nimirùm de mercedibus, de pensionibus, de Canonibus, de clausis carcere, deq. pijs rebus, in quibus propstereà terminum dari nolu-

mus ad opponendum, nisi ad primam diem; qua dicatur Ius. Imò, si agatur de mercedibus, aut salarijs siuè diurnis, siuè menstruis reũ audiri nolumus, nisi penes Actuarium reali, vt aiunt, facto deposito.

§ 2 In causis, quæ litis contestationem requirunt, primus actus, quo causæ merita respiciuntur, vel lapsus termini, qui ad opponẽdum datus sit, contestationis litis loco censeantur. Exceptiones, quæ ad defectum pertineant vel iurisdictionis, vel citationis, vel mandati, si fuerint obiectæ, terminentur diebus octo; aliás ad causæ merita reseruatæ cẽnseantur, atque interim ad vlteriora gradus fiat. Aliæ autèm exceptiones, quæ etiám processum, litisque ingressum impediant, ad merita, vt supra, reseruentur, & reseruatæ putentur, nisi videatur Iudici aliqua ex illis purgata; tunc enim poterit de illa ante sententiam pronũciare. Synod. Card. Lanc. 17 Octob. 1611.

§ 3 Tres tantùm dilationes Iudex ex arbitrio suo partibus ad probandum constituat. Quartę verò locus nẽ sit, nisi biduo post lapsum tertię fuerit postulata, diesq. in illis semper intelligantur continui, non vtiles. Si post elapsos terminos, qui probationi dati sint, intra sex dies immediatos, vt loquuntur, non sit petita testium publicatio, Expeditio causæ ne ampliùs retardetur, nisi aliud Iudici iusta de causa visũ fuerit.

§ 4 Iudicem, vt ad faciendum causæ finem deueniat, iubemus actum, siuè terminum pro seruato habere, quamuis partes expressè non consentiant; aperire tamen, & declarare poterit, intra decem dies, non vltra. Procedi nunquàm volumus in contumaciam partis, sed semper causas, receptis legitimis probatio-

nibus expediri, dummodò de summa non disceptetur, quæ scuta quinque non excedat è moneta: tunc enim procedatur in contumaciam arbitrio Iudicis. Reus tamen, redditis expensis contumacialibus, semper audiatur, & firma manente executione, si instituta fuerit.

Synod. Card. Carp. hoc titul. c. 7.

§ 5. Præcepta, partibus instantib⁹, nūquā cōcedantur, nisi cum solita clausula, *si quis se grauatum sentiat, compareat &c.* Secus facta ne afficiā: Et si cōpareatur, reuocata credantur ad viam Iuris, vimque tantùm obtineant simplicis citationis. Sequestra nè decernantur, nisi docto de credito. Mandata, quę vocant, executiua in neminem relaxentur, nec executioni mandentur in debito ciuili summa minimùm non ascendente ad scuta quinque monetę.

Constit. Paul. V. super refor. tribunal. §. 4. n. 3.

§ 6. Termini ad soluendum susceptio nulli debitori suffragetur, nisi cōcessus fuerit præuia debiti cōfessione, quæ sīplex sit, omniq. & cōditione, & protestatione careat. Qui alitèr vel protestatione præmissa, vel reseruatione suscipere voluerit, repellatur. Manuū iniectiones, siuè, vt loquūtur, arresta nè relaxētur cōtra debitores, nisi præcurrēte mādato, quod seruatis *seruādis* relaxatū sit. Alitèr relaxata nullius sint roboris, & momenti. Suspicionis fugæ mandata nè concedantur, nisi docto de credito, & iurato de fuga suspecto. Si secùs fiat, quicquid in mandatum, & capturam erogatum est, ad creditorem pertineat. Antequàm de fuga suspecta carceretur, ad pręsentiā Vicarij Nostri Generalis adducatur, qui ipso debitore audito, prout sibi videbitur, consultum eat. Iuramenta litis, vt vocant, decisiua suscipiantur coràm Iudice, nisi secùs fuerit ab

ipso Iudice arbitratum, litigãtibus, vel morbo, vel alia quauis re prępeditis. Appellationes nullę interponantur, vel admittãtur in foro Nostro ad Prælidẽ Prouinciæ tamquàm Iudicem sæcularem in causis, quæ versantur circa res Ecclesiasticas, vel spirituales, vel quæ cum aliquo Ecclesiasticorum agitantur, siuè quocumque modo ad Ecclesiasticum Forum pertineant. Id quidèm negligenti, pœnæ loco sit, ipsa nullitas, vt aiunt, solutio scutorum decem, & alia ad arbitrium. Iisdem sanè pœnis, eademque actorum nullitate mulctabuntur Clerici, Sodalitates, & Loca pia, qui quempiam, etiam Laicum, coram Nobis Nostroque Vicario Generali non conueniant. *Ibid. n. 20.* *Sup. tit. 23. §. 6*

§ 6 Aduocati, & Procuratores sententias contra suos principales, qui præsertì absint, quibusq. illis prouocare liceat, prolatas, in rem iudicatam transire nè patiantur, sed appellent, causamque committendam curent, suisque clientibus significent, & prorogationem fatalium, si opus fuerit, semèl petant. Pœnis alioquin obnoxij sint, quas Vicarij Nostri Generalis arbitrium imponat. Eisdem pœnis subijcimus Aduocatos, & Procuratores, qui patrocinio pro vna parte suscepto, patrocinium & pro altera susceperint. Quia sępenumerò pauperes à diuitibus opprimuntur, ita vt nec Patronos inueniant, & Generalis Noster Vicarius Procuratores, & Aduocatos constituat, qui gratis patrocinentur, hortamur eosdem, vt pio hoc in munere sese cum fide gerant, litesque quam breuissimè absoluant. Si renuerint, sciant suam operam in Foro Nostro nec alijs præstandam. *Eadem Cōstit. §. 18. n. 13. et 14.* *Synod. Card. Carp. boc tit. 5*

Ibid. c. 4.

§ 7 Tabellionum munus in Curia Nostra Episcopali nemo obeat, cuius Vicarius Noster Generalis, præuio examine, habilitatem, quę satis sit, vitam, & mores non probauerit, ad quem Patentes literæ datæ non sint, quique iusiurandum non dederit, quale Decessores Nostri præscripsere, futurum, vt & Synodicis constitutionibus, & Tribunalis, quam vocant, taxę stent. Notarij in Actorum libros singulis diebus, nullis interiectis spatijs, omnia referant, neuè Originales processus partibus accommodent, lituris suffundant, vel adspergant. Si id faciant, pœnas ferent, quæ alibi irrogatę sunt, & damna pensabunt, quæ per ipsos accepta sint. Cōparentium pro absentibus citatis responsiones nè audiantur, nisi procurationis mandatum exhibeant. Iuramentū calumniæ præstituros Notarij admoneant, quanti illud sit, quantique ponderis.

Constit. eadem Pauli V. §. 14. n. 4.

Multa enim postulat; primùm nè animo calumniandi vel agat, vel defēdat, sed quia lis sibi satis iusta videatur. Deīde, nè probationē exigat, nisi quā pro vero sibi necessariā esse existimabit. Tertio, vt nihil dederit, aut promiserit, nihilq. daturus, aut promissurus sit Iudicibus, Notario, Testib⁹, aut alijs, vt feratur sētētia. Quarto, ne calūniādi animo dilationē petat. Quīto demū, nè pactū de quota litis inierit. Hæc omnia Actuario mādamus, vt iuraturis declaret, nè in pœnā scuta decē soluat, & prædicta á iurāte īpleta perscribat. Incōsulto Iudice, Notarij nullum ex se decretum condant, solemne licèt sit, & ordinarium, nullum leuissimū, etiàm in forma, vt aiunt, terminum seruent, sed semper Iudicem adeant. Notarijs interdicitur, ne vllas inter Ecclesia-

ſticos, aut Eccleſiaſtica, aut de materia Eccleſiaſtica cauſas, etiam ſi actrices tantùm ſint, ad ſæculares Iudices deferant, pœnam daturi proximè relatam, imò grauiores, quas Canones infligunt. Eaſdem quoque pœnas ſentient, ſi partes non monuerint, vt Noſtrum omninò adeant Tribunal. In inſtrumentis conficiendis Notarij, præter contrahentium nomina, & cognomina, apponant etiã & Patris, & Patriæ. Teſtes nè adhibeant ſocios, aut ſubſtitutos, cęteroſq. in eodem officio exiſtentes. Teſtamenta, aut codicillos viuentium perlegenda proferant Nemini; ſed condita fideliter ſeruent, pœnas alitèr luituri ad arbitrium. In Criminali examine per Notarios nè ſcribatur, *ad opportunam Domini interrogationem*, vel *Interrogatus ſic reſpondit*, vel, *ſubdens interrogatus*, & alia id genus, ſed totam interrogationem mandent literis. Aliàs enim fraudi locus eſſet, quã dubio procul damnamus. Reorum, teſtiũq. reſponſa ad verbum, quæ & qualia ex eorũ ore profluunt, etiã ſi contra fiſcum ſint, exarẽtur. *Ibid. n. 37. 38. 45.* *Ibid. §. 10. n. 20*

§ 8 Baroncellus, birruarij, ſiuè executores Noſtræ curię in ciuilibus nullam mercedem expetant, aut excipiant, vel ſpontaneam, niſi facta verè, reque ipſa executione, aut arreptis pignoribus, quorum e… venditione pretium ſi minus ſufficiat ità, vt noua executione ſit opus, mercedem nouam ne accipiant, ſed totiès exequantur, dum ſatis plena manu creditori fiat. Data pignora die proximè conſequẽti Depoſitario tradant, qui nullam pendat executionis mercedem, quod ad hoc vſq. temporis factum eſt, niſi cum ipſa pignora vel reluta, vel ſubhaſtata ſint.

Aliò-

Aliòquin de suo soluet, & repetēdo non erit. Mandata à partibus tradita exequantur intra triduū, vel partib⁹ ipsis petentibus restituant. Si amiserint, duplū sūmæ mādati soluāt. Cū executor affirmat se nō executū, inhibitione sibi p debitorē exhibita, creditori inhibitionis vel exēplū ostendat, vel Notarij, & Iudicis nomina, à quib⁹ concessa fuerit, sub pœna Iudicis arbitrio. Aliorū tribunaliū mandata, etiā Romanæ Curiæ, exequēda nè accipiant, non certiorato Vicario Nostro Generali, per quem nec liceat, ex illis mandatis cuiquā manus inijcere, & vīculis eximere. Quoties ex Edictis pœnarū sunt participes, si reum, ac sontē ceperint, à capto nihil petant. Si in carcerē cōiectis vi mādati executiui in Romana Curia editi arresta, vt loquimur, fiāt, mercedis loco quartā tantùm partē accipiant illius, quod acciperent, exequētes in mancipatū nondùm carceri.

Ibid. n. 10 & 11

§ 9 Ius in Tribunali Nostro nō reddetur diebus festis ex præcepto, in hebdomada lætiori ad octauā vsq. lucē à Paschate, omnibus Deiparæ solemnijs, præcipuis in Vrbe Tuder. celebritatib⁹ SS. Fortunati Epi, Martini Papę & mart. & Terentiani itidē Epi. Forū paritèr nō agetur p æstiuas ferias à die quinta ac decima Iulij ad quītā ac decimā Augusti, & puindemialia diludia ad dies viginti, quorū initiū à die, quo capsula exponitur, in quā vectigal cōijcitur, quod è musto excipitur.

Synod. Card. Lan vt sup & Card. Carpin. hoc. tit.

§ 10 Mercedum, quę in alijs, omnibus Curiæ Nostræ Officialibus persoluendæ sunt, dum nouę fiant, & veteres in meliorem formam reuocentur, taxas firmas esse iubemus, quas typis tredendas curarunt Decessores Nostri. Probibemus, nè quidquam exolua-

Episc. Ang Cęs. ann. 1600.

tur pro figillo, quo muniendę sunt literæ, per quas potestas fiat, vt Confessiones audiantur, Conciones habeantur, Sacramenta administrentur. In causis, quibus de Damnis datis agitur, capitula huculque prælo excusa seruentur. Addimus tantum ex literis S. Congregationis de bono Regimine, non posse propter damnum, quod Ecclesiasticorum animalia intulerint, Custodem vel laicum apud Iudicem sęcularē conueniri, sed ad Nos causæ eiusmodi cognitionem pertinere. Iubemus quoque Executores a Custode pro Domino, qui soluendo non sit, pignori, quod offerat, accipere, & animalia ipsa non abripere; si secus faxint, puniendos pro arbitrio. Ann. 1658.

§. 11 Circa mercedes Nostri Episcopalis Tabularij, siuè Archiuij, solitum teneri volumus. Curiæ Nostræ Notarijs insuper præcipimus, vt processus omnes, quos in illa fabricati sint, ad Episcopale Archiuium transmittant, soluturi, si neglexerint, pœnę loco, scuta decem pro quolibet processu, quę erunt itidèm soluenda Notarijs omnibus, qui, quod illis districtè mandamus, instrumenta, quæ de materijs Ecclesiasticis rogati conscripserint, Protocollo ab alijs diuerso tradita, ad Archiuium non sæculare, sed Episcopale deferant. Reuocantes tandèm omnibus, quicumque illi sint, Notarijs in memoriam, quod alibi dictum à Nobis est, partes impositas cũ pœnis iniunctis, vt de ... pijs, quæ stipulati olim sint, legatis, Nos ... planè doceant, ne in reserua- ... tionē suo loco indi- ... ctā incidant. Sup. cit. 6.§ 10

OFFI-

R. D. Laurentius Leonius Can. Theol. ſuprad.
R. D. Auguſtinus Bizzarrus Can. Pœnit. ſuprad.
D. Hyacinthus Martius I. V. D.
D. Rainutius Benedictonius I. V. D.
Ven. Præsb. Leonellus Baccius I. V. D.
Ven. Præsb. Bernardinus Angelutius Parochus Eccl. Cathed.
R. P. Mag. Franciſcus Maria Vicus Guard. S. Fortunati.
R. P. Franciſcus de Monteſranco ſtrict. obſer. Guard. Montis Sancti.
R. P. Mag. Franciſcus Maria Riccius Tertij Ord. S. Franciſci.
R. P. Hieronymus de Tuderto ſtrict. obſer.
R. P. Ioſeph Maria à Pedeluco minor Conuen.

RECOGNITORES LIBRORVM IMPRIMENDORVM, ET KALENDARII.

Ad.R. D. Hyacinthus Racanus Archid. anted.
R. D. Paulus Petrus Leoncinus Can. ſuprad.
D. Hyacinthus Martius ſuprad.
Ad.R. P. DonDominicus deFulgineoAb.S.Silueſtri.

DEPVTATI PRO SEMINARIO.

R. D. Fauſtinus Monticaſtrus Can. eiuſdem Eccl. Cathed.
R. D. Auguſtinus Bizzarrus Can. Pœnitentiarius ſuprad.

QVO VERO AD REDDITVS EIVSDEM.

Ad.R. D. Hyacinthus Racanus Archid.ſuprad.
R. D. Leonardus Pettus Can. eiuſdem Eccl.
Ven. Presb. Io. Baptiſta Compagnus Rector Eccl. Par. SS. Crucifixi, Præf. Cæremoniarũ.
Ven. Præsb. Hyacinthus de Angelis.

PVNCTATORES CHORI.
PRO ECCL. CATHEDRALI.

Cler. Franciſcus Sanctius.

PRO COLLEG. TERRAE AQVASPARTAE.

Presb. Alfonſus Campilongus Capel. Curat. eiuſdem Collegiatę.

PRIOR GEN. DOCTRINAE CHRISTIANAE.

Ad.R. D. Franciſcus Maria Abbas Stephanutius Prior Eccl. Cathed. anted.

ADVOCATI PAVPERVM.

D. Hyacinthus Maſſęus I. V. D.
D. Benedictus Dulcettus I. V. D.

PROCVRATORES EORVNDEM.

Cler. Angelus Artimannus I. V. D.
D. Carolus Bizzarrus I. V. D.

PRAEFECTI FVNERALIVM.

R. D. Faustinus Monticastrus Can. anted.
R. D. Io. Philippus Matalutius Can. Ecc. Cath.

AD RECOGNOSCENDA ONERA MISSARV̂

Ad. R. D. Hyacinthus Racanus Archid. præd.
Ad. R. D. Io: Hieronymus Fredus Prior Coadiut. sup.
R. D. Augustinus Bizzarrus Can. Pœnit. suprad.
D. Hyacinthus Martius anted.

REVISORES ADMINISTRATIONVM PIARVM.

Ad. R. D. Hyacinthus Racanus Archid. præd.
R. D. Augustinus Bizzarrus Can. Pœnit. suprad.
Cler. Angelus Artimannus præd.
Cler. Franciscus Sanctius anted.

OECONOMVS GEN. BENEFICIORVM VACANTIVM.

R. D. Paulus Benedictus Gentilonus Can. Eccl. Cathed.

PRAEFECTI QVADRAGINTA HORARVM, ET PROCESSIONVM.

Ad. R. D. Io: Hieronymus Fredus Prior Coad. sup.

R. D. Carolus Oddus Can. Eccl. Cathed.
R. D. Hyacinthus Monticastrus Can. Coadiutor eiusdem Eccl.

COADIVTORES.

Ven. Præsb. Io: Baptista Compagnus suprad.
Presb. Bernardinus Capolebius.

PRAEFECTI DISCIPLINAE CLERICALIS IN CIVITATE.

R. D. Anthimus Benedictonius Can. suprad.
R. D. Leonardus Pettus Can. suprad.

RRAEFECTI SPIRITVALES CARCERATORVM.

R.D. Fortunatus Tilonius Can. Ecc. Cathed.
R. D. Iacobus Benedictonius Can. eiusdē Eccl.
D. Rainutius Benedictonius I. V. D.
Ven. Presb. Bernardinus Angelutius suprad.

SCELTA

delle cose più neceßarie à saperſi da ogni fedel Criſtiano per le perſone più deboli di memoria, che difficilmente poßono apprendere tutta la Dottrina Criſtiana.

PARTE PRIMA.

In nome della Santiſſima Trinità * † Padre, Figliuolo, e Spirito Santo * tre perſone, & vn ſolo Dio.

IO credo in Dio Padre onnipotente Creatore del cielo, e della terra * & in Gieſù Criſtò ſuo figliolo vnico, Signor noſtro * il quale fù concetto di Spirito ſanto * nacque di Maria * Vergine patì ſotto Pontio Pilato * fù crocifiſſo, morto, e ſepellito * diſceſe all' inferno, il terzo dì riſuſcitò da morte * salì al Cielo, ſiede alla deſtra di Dio Padre onnipotente * di lá hà da venire à giudicare i viui, e i morti * Credo nello Spirito ſanto * la Santa Chieſa Cattolica * la communione de Santi * la remiſſione de peccati * la reſurrettione della carne * la vita eterna. Amen.

PAdre noſtro, che ſei ne i Cieli * ſia ſantificato il nome tuo * venga il regno tuo * ſia fatta la volõtà tua * ſi come in cielo, coſi in terra * Dacci hoggi il noſtro pane quotidiano * e rimetti á noi i noſtri debiti * ſi come noi li rimettiamo à noſtri debitori * e non ci indurre in tentatione * ma liberaci dal male. Amen.

DIO ti ſalui Maria piena di gratia * il Signore è teco * tu ſei benedetta frà le Dõne * e benedetto è il

frutto del tuo ventre* Giesù Santa Maria, Madre di Dio, prega per noi peccatori * adesso, e nell' hora della morte nostra. Amen.

LI dieci Commandamenti di Dio sono* Amare vn solo Dio* non pigliare il nome di Dio in vano* sãtificare le feste * honorare il padre, e la madre * non ammazzare* nõ fornicare* non rubbare * non dire il falso testimonio * non desiderare la dõna del prossimo tuo * non desiderare la robba d' altri.

LI Commandamenti della Chiesa sono* Vdir la Messa le Domeniche, & altre feste commandate* digiunar la quaresima, e le vigilie cõmandate* astenersi dalla carne il venerdi, e sabbato * confessarsi almeno vna volta l' anno, e communicarsi almeno la Pasqua* pagar le Decime.

LI sette Sacramenti della Chiesa sono * Battesimo, Cresima, Eucharistia * Penitenza, estrema Vntione* Ordine, e Matrimonio.

LI Sette peccati mortali sono* Superbia, Auaritia, Lussuria* Ira, Gola, Inuidia, & Accidia*.

LI quatro nouissimi sono * la Morte, il *Giuditio*, l'Inferno, e'l Paradiso* che Dio ci conceda per sua santa gratia. Amen.

PARTE SECONDA

SIa lodato il Sãtissimo Sacramento dell'Eucaristia, co'l quale ci si dà il vero corpo, e sangue di Giesù Cristo* sotto le specie di pane, o vino* dopò la consecratione, che fà il Sacerdote all' altare* che però ci bisogna riceuerlo degnamẽte* e senza cõsciẽza di pec-

cato

cato mortale*&essendo cibo dell'Anima, p mãtenerla nella gratia di Dio conuiene riceuerlo frequẽtemẽte.

Co'l Sacramento della Penitẽza*ci si rimettono le colpe de peccati* cosi mortali, come veniali* dopò l'assolutione del Confessore, quando però ci accostiamo ad'esso con le conditioni necessarie* che sono*prima, diligente esame de peccati* cioè con cercare di ricordarsi* in che, e quante volte si sia offeso Dio*seconda, pentimento delle offese* e proposito di nõ più incorrerci*terza, confessarle tutte sinceramente* senz'alcun rispetto* come faressimo all'istesso Dio* in luogo del quale stà il Confessore* quarta poi adempire la penitenza impostaci dal Confessore.

Il peccato mortale è quello che ammazza l'anima* cioè gli fa perder la gratia di Dio* e merita le pene eterne dell'Inferno*Il peccato veniale non fa perder la gratia*ma fà raffreddar l'huomo nell'amor di Dio* e merita pena temporale nel purgatorio*& anco dispone alle volte al peccato mortale* Al purgatorio vanno quelli che muoiono in peccato veniale*ò senza hauer sodisfatto sufficientemente à Dio con la penitenza dal qual debito del purgatorio ci potiamo liberare* in questa vita con la partecipatione dell'Indulgenze* e dopò morte con l'Orationi, e buone opere de fedeli*offerte à Dio per l'anime nostre* e principalmente co'l S. Sacrificio della Messa* per andar poi à godere Dio eternamente nel Paradiso* che à sua Diuina Maestà piaccia concederci* con l'intercessione della sua Santissima Madre sempre Vergine Maria* e de tutti i Santi. Amen.

SOM-

SOMMARIO

della parte d'una Bolla di Pio V. di felice memoria, in cui s'ordina, che si stia nelle Chiese con la debita diuotione, da publicarsi due volte l'anno, cioè nella prima Domenica di Quaresima, e prima dell'Auuento.

VOlendo questo Sommo Pontefice drizzare per la vera strada di condurre tutt'i fedeli alla vita eterna, con suiarli da' vitij, e da' peccati; accioche si dia à Dio Ottimo Massimo, alla Gloriosa Vergine Maria, & à tutti gl'altri Santi il debito honore, conforme alla Constitutione di Gregorio X. suo Antecessore, & alli Statuti del Sacro Conciliodi Trento, vuole, statuisce, & ordina, che ciascun fedele entri nelle Chiese con humiltà, & iui con quiete conuersi, standoui à fare diuote orationi, e che da ogn'vno con ambedue le ginocchia in terra sia adorato il Santissimo Sacramento, e che sentendo nominare Giesù Cristo N. S. scopri, e con riuerenza s'inchini'l capo da ciascuno: che insieme si guardi di far seditione nelle dette Chiese, eccitar tumulto, mouer gridi, ò commetter qualche impeto, procurando più tosto, che cessino i vani, e dishonesti ragionamenti, li risi immoderati, & ogni strepito de giuditij, e qualsiuoglia altra cosa, che possi disturbare i Diuini Offitij. Et in oltre prohibisce, che non sia lecito ad alcuno passeggiar per le Chiese, mentre vi si celebrano le sacre Messe, e gl'altri Di-

uini Officij; che se alcuno ardirà à ciò contrauenire con passeggiare, ò gridare dentro alle Chiese, mentre si dicono le Messe, d'Hore Canoniche, ó si Predica, dispone, che sia punito in pena di 25. scudi, e che nell'istessa pena caschi ancora, chì con poca riuerenza volterà le spalle al Santissimo Sacramento, ò iui commetterá qualche cosa scandalosa, ò che impedisca l'officiare delle Chiese, oltre all'altre pene da imponersi, e moderarsi ad arbitrio de' Superiori, quali castigaranno li delinquenti con pene corporali, ò con l'essilio, quando essi non potranno pagare dette pene pecuniare. Et di più vuole, che chì nelle Chiese dirà buffonerie dishoneste con donne impudiche, & anco honeste, & con esse iui farà altr'atti inhonesti, paghi 20. ducati di pena, e stia vn mese prigione: Et insieme dispone, che chì nelle Chiese vserà parole, e ragionamenti, & anco segni brutti, e dishonesti con qualsiuoglia altre persone, caschi in pena di 10. scudi d'oro; e chì questi non potrà pagare, sia punito di pene corporali condegne. Commandando à gl'Amministratori delle Chiese sotto pena di dui scudi, che ò ammoniscano tali delinquenti, ò che non li lascino commettere iui tali cose prohibite, ò vero che li denunciano à gl'Ordinarij, ò a' loro Officiali, acciò debitamente siano puniti. Con ordine di più, che non lascino a' poueri cercare per le Chiese l'elemosine, mentre si celebrano le Messe, ò si Predica, ouero si dicono i Diuini Offici; ma che li faccino stare alle porte di dette Chiese à mendicare. Che se da' Capitoli di

quelle non si procurará, che siano cacciati fuora, se li facci pagare per ciascheduna due scudi, & alli Parochiani in ciò negligenti vn mezo scudo per volta; e commandare insieme a' Religiosi Claustrali, ò a' Regolari in virtù di santa obedienza, che nelle loro Chiese deputino qualch'vno, che habbia cura di mandar fuori, e cacciar via i mendicanti, come di sopra; che se in far tal prouisione appariranno negligēti, grauissimamente possino esser ripresi dall'Ordinario del luogo; al quale se non vorranno in questo obedire, si douranno castigar con molta seuerità, etiādio con pene corporali, secondo la qualità delle persone delinquenti, ad arbitrio de' loro Superiori.

DECRETVM

Super Cultu Beatis adhùc non Canonizatis præstando.
A Sac. Rit. Congregatione ordinaria habita coram Sāctiss. Domino Nostro ALEXANDRO Papa VII. emanatum.

AD aures Eminentissimorum Patrum Congregationis Sacrorum Rituum plures deuenerūnt, qui patrantur Indultorum excessus in materia præstationis Cultus Beatis adhùc non Canonizatis.

Quamobrem eos eliminare, ac ne in futurum inducantur prouidere studentes, ad infrascripta deuenerunt Decreta, &

1 Quòd eorùndem Beatorum Imagines etiam non principalitèr, & vtì supplices appositæ, Simulacra,

Picturæ, Tabellæ, aut Scripturæ eorum præclara gesta repræsentantes, aut referentes, in Ecclesijs, Sacrarijs, & Oratorijs quibuscumque, & præsertim in quibus Missæ sacrificium, vel alia diuina officia peraguntur, inconsulta Sede Apostolica nullo pacto exponantur.

2 Quòd vbi indultum fuerit per Sedem Apostolicam Imagines, Simulacra, pictásque Tabellas in Ecclesijs poni, & coli posse, in pariete tantùm, non autem super Altari collocandi facultas tributa censeatur.

3 Quòd si concessa fuerit per eamdem Sedem Apostolicam Altarium erectio, non tamen ob id Missam, & Officium de prædictis Beatis celebrandi, vel recitandi facultas tradita præsumatur; Etenim specifica, & expressa concessio super his præcedere debet.

4 Vbi in vno loco Cultus fuerit concessus, non extendatur, inconsulto Pontifice, ad alium locum, quauis alia concurrente auctoritate.

5 In locis vbi Beatos prædictos ab omnibus coli permissum fuit, non indè publica Officij recitatio permissa censeatur, sed tantummodò priuata; nec satisfactoria præcepto recitationis, nisi quo ad illos, quibus Sedes Apostolica de hoc indulserit.

6 Missæ pariter, quæ fuerint indultæ certis personis, nempè Presbyteris Regularibus, vel Sęcularibus alicuius loci vel Monasterij, seù Presbiteris alicuius Ecclesiæ seruitio pręcipuè addictis, à confluentibus Sacerdotibus quauis Dignitate, etiam Cardinalatus insignitis, minimè celebrentur.

7 Dies festi in Beatorũ eorũdẽ memoriã nõ celebrẽtur, nisi speciali Indulto Apostolico prouisum fuerit.

8 Eorundem nomina in Kalendarijs non apponãtur, nisi illius tãtùm loci, earumque personarum, in quo, & à quibus Cultus cũ officio, & missa celebretur.

9 In quibusuis Ecclesiasticis precibus, etiam in Oratorijs priuatis, recitandis particularia eorundem suffragia non apponantur, vel recitentur.

10 Publicis in precibus præter indultas, & á Sede Apostolica approbatas ijdem Beati non inuocentur.

11 Eorundemq. Reliquiæ in processionibus minimè circumferantur.

Sacra tamen Congregatio præsentibus declaratione, & iussione remouere non intendit Cultum Beatis per cõmunem Ecclesiæ consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrũ, virorũq; Sanctorum scripta, vel temporis centum annorum metam excedentis scientiam, ac tollerantiam Sedis Apostolicæ, aut Ordinariorum hactenus præstitum, ac certis modo, & forma ab eo tempore eis exhibitum. Verùm si à centum annis citra Cultus huiusmodi aliqua ex parte cõstiterit auctus, & extensus, eo casu Sacra eadem Congregatio eundem in pristinum reduci iubet, prout quemuis cultum extrà casus prædictos ad expressa tantùm verbaliter in Apostolicis Indultis omninò reuocari mandat, sub pœnis &c.

Firmis quoque remanentibus Decretis nempè, ne Beati in Patronos eligãtur, ne eorũ Natalitia cũ Octauis celebrẽtur, & alijs quibuscũq. à S. Cõgregat. hactenus emanatis, quæ præsenti Decreto renouantur.

His autem Sanctissimo relatis, & in Congregatione Sac. Rituum ordinaria habita coram Sanctitate Sua per Eminentissimum, & Reuerendissimũ D. Cardinalem Sacchettum accuratè perlectis, maturè discussis, Sanctitas Sua ea approbauit, & pro omnimoda eorundem obseruatione mandauit typis imprimi, ad valuas affigi, & publicari, vt elapso termino sex mensium à die publicationis eorundem omnes, & singulos afficiant, & arctent, ac si omnibus, & singulis eadem exhibita, vel personaliter præsentata, intimata, seù notificata fuissent. Indulsitque locorum Ordinarijs, vt auctoritate Sedis Apostolicæ possint, immò debeant Seculares, & Regulares quoscumq. quantumuis exemptos, etiam Societatis IESV, S. Antonij Viennen. & S. Ioãnis Hierosolymitani, ac reliquos omnes speciali expressione indigẽtes, etiam sub censuris compellere. Cumque aliqui nulli subdantur Episcopo, qui eos, si excesserint, coercere valeant: eo casu à Sedis Apostolicæ Nuncijs, si aderint, sin minus ab Archiepiscopis in quorũ Prouincijs, vel ab Episcopis Romano tantùm Pontifici subiectis, intra, vel prope quorum Diœcesis limites eorum Ecclesiæ, vel Monasteria sita fuerint, tamquam à Sede Apostolica delegatis ad huiusmodi Decretorum obseruationem prædicti omninò cogantur. Die 27. Septembris 1659.

I. Episc. Sabinen. Card. Sacchettus.

Loco ✝ sigilli.

Franc. M. Phœbeus Sac. Rit. Congr. Secr.

BVLLA

BVLLA PAVLI QVINTI.

Paulus Papa V.

AD perpetuam rei memoriã. Onerosa Pastoralis officij cura, meritis licèt imparibus, Nobis ex alto commissa postulat, vt bonorum quorumcumque miserabilium personarum subuentionis destinatorum conseruatione consulamus, prout in Domino cõspicimus salubritèr expedire.

Cum itaque sicut accepimus, pecuniæ Montium Pietatis nuncupatorum Status nostri Ecclesiastici ad vsus pauperum mutuò dandę, in alios vsus auertantur, & in dies minuantur,

Nos huic malo, opportuno remedio quantum cum Domino possumus, prouidere volẽtes, motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione Nostris vniuersis, & singulis Montium Pietatis huiusmodi Præsidentibus, Protectoribus, Defensorib⁹, Administratoribus deputatis, & Officialibus quibuscumque, necnon Communitatibus, Vniuersitatibus, & eorum etiam Officialibus quarumcumque Ciuitatum, Terrarum, & Locorum Status nostri Ecclesiastici quacunq. dignitate fulgentibus, etiam si Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchę, aut S. R. E. Cardinales etiam de latere Legati existant, ne de pecunijs ad dd. Montes spectantibus, ac tam pro sorte principali à principio illis assignatis, quàm pro dictę sortis augumẽto postea acquisitis, in alios quàm pauperum vsus, iuxta mo-

dum

dum, & formam in erectione dd. Montium præscriptam absqueNostra,&Sedis Apostolicæ licentia, sub quouis prætextu,vel quæsito colore, & cum obligatione intra quodcumque breue tempus restituendi disponere præsumant, tenore præsentiũ prohibemus.

Quod si quis contra hancNostram prohibitionem venire præsumpserit, Cardinales quidem, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi suspensionis, aliæ verò inferiores personæ excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolui possint.

Non obstantibusConstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,cæterisque in contrarium facien.quibuscumque.

Volumus autem, quod præsentis prohibitionis copia in loco publico Montium Pietatis huiusmodi, quod ab omnibus legi possit, continuò affixa remaneat.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub anulo Piscatoris.die 5. Feb. 1615. Anno decimo.



ORDI-

ORDINI,

e Capitoli fatti per il buon gouerno de Monti pij frumentarij della Diocesi di Todi.

ACciò i Monti di grano instituiti per souuenimento de poueri, che habbiamo procurato di rimettere in piedi, non solo non si deteriorino, come era successo fin' hora per la trascuragine de gli Offitiali; ma si mantenghino, & accreschino, Ordiniamo che ogn'anno nella prima Domenica d'Agosto debbano raddunarsi i fratelli delle Compagnie, & altri Deputati al gouerno di detti Monti nel luogo solito in numero sufficiente, con l'assistenza del Curato del Luogo, & il Priore d'esse proporrà dui de più diligenti, e benestanti fratelli per Amministratori per vn'anno, e faccia mettere à partito per corpo della Compagnia, e ballottatione secreta ciascuno di loro separatamente, quali mentre haueranno *riportati* tàti voti fauoreuoli, che superino la metà de'votanti, s'intendino eletti, & approuati: Auuertendo tanto il Priore di non proporre, quanto li fratelli di non approuare persona non idonea à tale amministratione, perche se per loro negligenza riceuerà il Monte qualche danno, e non si potrà ricuperar da essi, saranno loro tenuti à rifarlo del proprio.

Li Amministratori eletti, come sopra, doueranno hauere hauto in cõsegna da gli Offitiali loro precessor

fori dentro il mese di Settembre tutto il grano da quelli distribuito, e riscosso, e farne riceuto in vn libro particolare da tenersi á quest' effetto; e per quella somma, che nõ hauessero esatta, crearne debitori nel medemo libro li detti Offitiali precessori.

La distributione del grano à benefitio de bisognosi si facci cõforme il solito, dãdo principio nel mese d' Ottobre, cõ l'assistenza del Curato, ne si dia più della quarta parte d' vn rubbio per ciascuna fameglia senza Nostra dispenza da concedersi in scritto, facendo che s' obblighino non solo in forma della R. C. A. di restituirlo nell' istessa qualità. bontà, e quantità dentro il futuro mese d' Agosto quelli, che lo riceuono, mà diano in oltre nella medema poliza idonea sicurtà, ò pegno eccedente il valore della prestanza. Si come anco vogliamo, che nel Libro da tenersi, come sopra, si registrino ogn'anno li nomi di tutti quelli, ch'haueranno riceuto il grano, e loro sicurtá, e qualità di pegno, e le somme che verrãno restituite, osseruando le medesime conditioni, che habbiamo ordinate per il Monte della Pietá di Todi.

Da tal souuenimẽto di grano s'itendino esclusi tutti li debitori della Compagnia, e del medemo Monte. La quantitá di grano che sarà stata prestata á ciascheduno à misura rasa, dourà restituirsi vn poco più grassa à suo arbitrio, secõdo la caritá, e poter suo per ristorare i danni soliti de, topi formiche, e spese necessarie per conseruare il grano, e mantenere illesi i Mõti, acciò si aumentino à maggior profitto de poueri.

Doueranno li sudetti Amministratori hauer riscosso

tutto il grano da loro distribuito, dẽtro li 15. di Settẽbre; altrimẽte saráno tenuti cõsegnar del proprio alli nuoui Officiali tutta quella quantità, che per loro negligenza non haueranno esatto.

In oltre siano tenuti ogn'anno i predetti Amministratori, compita la loro amministratione render' esatto, e fedel conto auanti il Curato, ilquale douerà annotare, e sottoscriuere detta reuisione nel medemo Libro, e darne à Noi raguaglio sotto le pene irremissibili à Nostro arbitrio in caso di contrauentione.

S'ordina ancora, che il grano tanto del capitale de i Monti, quanto d'ogni loro accrescimento, non si possa impiegare da gli Officiali, & Amministratori detti, sotto qualsiuoglia pretesto, ò causa, benche à breue tempo, e con qual si sia forma d'obligatione, sẽza nostra licẽza, ò de Nostri Successori, in scritto, ĩ altro vso, che dell'imprestãza à Poueri, p il qual fine sono stati eretti, sotto le pene parimẽte à Nostro arbitrio.

La stãza doue si riporrà, e cõseruerà il grano de Mõti, douerà hauer due chiaui diuerse in modo, che vna nõ possi aprire senza l'altra, da ritenersi separatamente, l'vna dal Curato, e l'altra dalli due Amministratori.

Finalmẽte cõmãdiamo espressamẽte, che li presẽti Nostr'Ordini si registrino nel Libro da tenersi, come s'è detto, e si espõghino da ciascuna Cõfrater. ne i luoghi patẽti, e ne quali si adunano gli Amministratori, e Cõfratelli, acciò possino da ognuno esser visti, e letti: e di più si publichino dal Curato in occasione, & auãti l'elettione, che si farà ogn'anno degli Officiali.

DECRE-

DECRETA

S. Congregationis Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium contra absoluentes à Casibus Episcopo reseruatis.

SAcra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, iustis, & grauibus causis id exigentibus, ac de Sanctissimi D. N. Clementis Papæ VIII. speciali mandato, viuæ vocis oraculo desuper habito, Sacerdotibus omnibus, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus per vniuersam Italiam extra Vrbem degentibus, ad confessiones audiendas probatis quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum, etiam Societatis Iesu, & generaliter quarūcumque aliarum, quouis nomine nuncupentur, iubet, & præcipit, ne quis eorum, sub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè scripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel eius auctoritate, eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus sęcularium, aut singularib. personis, seu aliàs quomodocūque sub quibusuis tenoribus, formis, & clausulis, etiam derogatoriarū derogatorijs, ad cuiusuis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu cōfirmatarum, alicui cuiuscuis status, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tàm Ecclesiasticæ, quám sæcularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab

vllo ex casibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, contentis, vel aliàs quomodocumque Sedi Apostolicæ reseruatis, aut in futurum & per Sanctitatem suam, eiusq. Successores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reseruandis, nec etiam á casibus, quos Ordinarij locorum hactenus reseruarunt, vel in posterum sibi reseruabunt, nullo casu etiam necessitatis vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seù cum noua, vel speciali Sanctitatis suæ, aut Successorum suorum, vel Ordinariorum quo ad casus ab ipsis tantùm reseruatos, respectiuè, impetrata in scriptis licētia, Ordinarijs locorum exhibenda, absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præsumat: sed cum opus fuerit, pœnitentes ad Superiores, legitimosque Iudices suos accedere consulat; sub pœna contrafacientibus tàm Regularibus, quàm Sæcularibus, excōmunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confessiones, & quæcunque officia, præturas, beneficia in posterum obtinenda, ipso facto, absq. vlla alia declaratione incurrenda: super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis articulo, possit impartiri; Sanctitas enim sua (quatenus opus sit,) facultates, & concessiones ipsas in hac parte vti cassas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult, non obstantibus quibuscumque.

Præterea nouerint pœnitentes, absolutionem, si quam obtinebunt contra huiusmodi prohibitionem, esse nullius roboris, vel momenti.

Et ne

Et ne locorũ Ordinarij, quibus ius hoc reſeruandorum caſuum competit, plurium, quàm opus ſit, reſeruatione, ſubditis, aut Confeſſarijs in animarum ſalute procuranda cooperatoribus ſint oneroſi, monentur omnes, vt paucos, eoſque tantùm, quos ad Chriſtianam diſciplinam retinendam, animarumque ſibi creditarũ ſalutẽ, pro cuiuſuis Diœceſis ſtatu, & qualitate neceſſariò reſeruãdos eſſe iudicauerint, reſeruẽt. In quorũ fidẽ, &c. Romę die 9. mẽſis Ianuarij ãni 1601.

1459 CVm autem dubia quędam, ac difficultates circa eiuſdem Decreti interpetationem, atque obſeruationem emerſiſſent, eadem Congregatio, ne vllus deinceps obſcuritati, ſcrupulo, ambiguitatiue locus relinquatur, & vt clariùs appareat, in quibus caſibus vigore eiuſdem Decreti reſeruatis, intelligatur prohibita abſolutio, ſpeciali mandato eiuſdem S. D. N. Clementis Papæ VIII. ſimiliter viuæ vocis oraculo ſuper ea habito, ipſum Decretum ita moderauit, ac declarat: videlicet, ſub eiuſdem prohibitione illos tantùm in poſterum comprehendi caſus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta continentur. Ac præterea violationis immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Conſtitutionis felic. record. Greg. XIV. quæ incipit: Cùm aliàs nulli. Violationis clauſurę Monialium ad malum finem: Prouocantium, & pugnantium in duello, iuxta Decretum Sacri Concilij Tridentini, & Conſtitutionem fel. rec. Gregorij Papæ XIV. incipientẽ, Ad tollendum. Inijcientium violentas manus in Clericos, iuxta Canonem,

Si quis suadente, & cap. 17. quest. 4. ac iuris dispositionem. Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiã confidentiæ beneficialis. Item omnes casus, quos Ordinarij locorum sibi reseruarunt, vel in posterum reseruabunt. In quibus omnibus iam enumeratis casibus dũtaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confessiones, eadem Sacra Congregatio vult, & mandat dictum Decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere: Ac præterea declarat eos quidem Sacerdotes tam sæculares, quam Regulares, qui aliquo ex priuilegijs, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis suffulti fuerint, posse iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates, vsu ante idem decretũ receptas, & quæ sub alijs reuocationibus non comprehenduntur, tantùm, & non aliàs absoluere á casibus in præsenti declaratione non comprehensis: alijs verò Sacerdotibus huiusmodi priuilegia non habẽtibus, nihil de nouo concedi. Sed ne locorum Ordinarij, ad quos casuum reseruatio spectat, ea in re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos rursus magnoperè admonendos censet, vt non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantùm, & grauiorum criminum absolutionem sibi reseruent, quorum reseruatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem in destructionem cedat: ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ Ministrorum coarctata potestate, Sanctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superfluè reseruent casus in Bulla die Cœnę Do-

mini

mini legi cõsueta, cõtẽros, neq. aliosSedi Apostolicæ specialiter reseruatos. Facultatem verò, & licentiam absoluendi à casibus reseruatis, quam in scriptis tantùm concedi permittebatur, etiam sola viua voce concedi posse declarat. Cœterum ne quis Sacerdotum Sęcularium, aut Regularium, sub prętextu, quod per primò dictũ Decretũ nõ fuerit sufficiẽter eorũ specialibus priuilegijs derogatum eidẽ Decreto sic, vt præfertur declarato, cõtrauenire audeat, Sãctitas sua Cõstitutionib⁹, & ordinationib⁹ Apostolicis omnib⁹ in fauorẽ quorũcũq. Ordinum, seu Institutorũ Regularium, aut Sacerdotum tam Sæcularium, quam Regularium editis, nec non eorumdem Ordinum, seu Institutorum, ac etiam Eccles. & Monasteriorum, & aliorum sæcularium, seu regularium locorum quorumcumque etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, eisdem ordinibus, seu institutis, ac etiam Ecclesijs, & Monasterijs, & sęcularib⁹ seu regularib⁹ locis, aut personis sub quibuscũq. tenorib⁹, & formis, ac cũ quibusuis etiã derogatoriarũ derogatorijs, alijsq. efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritãtibus, & alijs Decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogati-

one de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quæuis alia expreſſio habēda, aut alia exquiſita forma ſeruāda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbū, nihil penitus omiſſo & forma in illis tradita obſeruata, īſerti forēt, pręſentibus pró expreſſis habens, quò ad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogat, contrarijs quibuſcumque non obſtantibus. Romæ die 26. Nouembris 1602.

Alexand. Card. Floren. Epiſc. Praneſtinus.

Hier. Agucchius Secret.

BVLLA

Fœlicis Recordationis GREGORII XV. in qua sit confirmatio, & ampliatio Cõstit. PII IV. edita contra Sacerdotes in Confessionibus sacramẽtalibus Pœnitẽtes ad turpia sollicitãtes.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

854 VNiuersi Dominici gregis curam, eamque immeritis cęlesti dispositione gerentes, sedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs conseruetur immunis, multòque maiori studio prouidere, vt omnis pestis ab ijs auertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne, quod Euãgelica scripta nos admonent, sale infatuato non sit in quo saliatur, & ad nihilum profit vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

§ 1 Quoniam autem á Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris quibusdam in locis prouisum fuit, vt impium, ac nefandũ scelus, quod non solùm inter Christi fideles nõ esse, sed nec etiã nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet, vt aliquis Sacerdos ad sacras audiendas Confessiones depùtatus, sacrosancto Pœnitentiæ Sacramento solicitando pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, ex cęlesti medico infernalis veneficus, & ex patre spirituali proditor execrabilis animarum reddatur: Idcirco Nos ea, quæ his perniciosissimi diaboli insidijs arcendis certis in locis salu-

briter constituta sunt, vt nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, prouidere duximus.

§ 2 Aliàs siquidem à fel. rec. Pio Papa IV. Prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequẽtis, videlicet: Pius Papa IV. Venerabili fratri Archiepiscopo Hispalensi, in Regno Hispaniæ, hæreticæ prauitatis Inquisitori Generali. Cum sicut nuper, non sine animi nostri molestia, accepimus, diuersi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in Ciuitatibus, & Diœcesibus curam animarum habentes, siue eã pro alijs exercentes, aut aliàs audiendis Confessionibus pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi Confessiones abutantur; nec illi, vt qui in eo instituti sunt, Domino DEO, & Saluatori nostro IESV Christo iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audierunt Confessiones, alliciendo, & prouocando, seu allicere, & prouocare tentando, ac loco earum per Sacramentum huiusmodi Creatori nostro reconciliationis, grauiorum peccatorum mole eas onerãdo, & in manibus diaboli tradendo, in Diuinæ Maiestatis offensam, animarum perniciem, & Christi fidelium scandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes, quòd qui de Fide Catholica rectè sentiunt, Sacramentis ab Ecclesia DEI institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimùm in Domino confidimus, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel alium, seu alios à te de-

putan-

putãdos, contra omnes & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, & Diœcesum de præmissis quomodolibet diffamatos, tàm sæculares quàm quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum Regulares cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & præeminentię existant, tàm super præmissis, quàm super Fide Catholica, & quid de ea sentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hęreticos, aut de hæresi quouis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta excessuum suorum qualitatem, prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, sæcularis Iudicis arbitrio puniendos tradas. Non obstant. &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 16. Aprilis, Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri anno secundo.

§ 3 Igitur vt literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obseruentur, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum, præinsertas literas huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, illasque non solum in prædictis Hispaniarum Regnis, sed in quibusuis Christiani orbis partib⁹ firmi-

ter, & inuiolabiliter obseruari præcipimus, & mandamus.

§ 4 Ac præterea ne in futurum de pœna his delinquentibus imponēda, & de modo contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes tam sęculares, quàm quorumuis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum regulares, cuiuscumque dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti existant, qui personas, quęcumque illę sint, ad inhonesta, siue inter se, siue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, siue ante, vel post immediatè, seu occasione, vel prętextu Cōfessionis huiusmodi, etiam ipsa Confessione nō secuta, siue extra occasionē Confessionis in cōfessionario, aut in loco quocumque, vbi confessiones sacramentales audiantur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint, in Officio Sanctę Inquisitionis seuerissimè, vt infra, puniantur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquisitores, & locorū Ordinarios omniū Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & Locorum vniuersi orbis Christiani in suis quemque Diœcesib⁹, & Territorijs per has Nostras literas, etiam priuatiuè quoad omnes alios, specialiter, ac perpetuò Iudices delegamus, vt super his contra prædi-

ctos

ctos simul,vel separatim in omnibus prout in caussis fidei, iuxta sacrorum Canonum formam, necnon officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, priuilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant: & quos in aliquo ex huiusmodi nefarijs excessib9 culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantijs, suspensi ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & passiuæ (si regulares fuerint) exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum absque vlla spe gratiæ, aliasque poenas decernant; eos quoq. si pro delicti enormitate grauiores poenas meruerint, debita precedente degradatione, Curiæ sæculari puniendos tradant.

§ 5 Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, & generalibus Inquisitoribus, ne delicti tàm enorme, Ecclesiæ DEI tàm perniciosum, remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & Curię sæculari, vt præfertur, reum tradendum esse pronunciandi.

§ 6 Nō obstantibus omnibus, quæ dictus Pręcessor in suis literis pręnictis voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

§ 7 Mandantes omnibus Confessarijs, vt suos poenitentes, quos nouerint fuisse ab alijs, vt supra, so-

licita-

licitatos, moneant de obligatione denunciandi solicitantes, seu, vt prefertur, tractantes Inquisitoribus, seu locorum Ordinarijs prædictis: quod si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios solicitantes, seu tractantes, vt supra, ijdem locorum Ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire nõ negligant.

§ 8 Volumus autem, vt præsentium trã sumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique habeatur, quę præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§ 9 Quodque eędem præsentes literæ, seu illarum exempla, ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die 30. Augusti M. DC. XXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

SVMMARIVM

Requisitorum, quæ exiguntur in hac Diœcesi iuxta Decreta Sac. Concilij, Sac. Canones, & Congregationes Synodales ab ijs, qui ad Ordines sunt promouendi.

AD PRIMAM CLERICALEM TONSVRAM promoueri volentes exhibeant

1 Fidẽ Baptismi,&))extract.exLib.Paroc.prout iacet
2 Confirmationis)
3 Fidem de vita, & moribus, ac legitimis natalibus, & quod nullum aliud habeant Canonicum impedimẽtum, qui minùs ad Ordines promoueri possint, seu legitima dispensatione super defectu naturalium, vel alterius impedimenti.
4 Fidem Ludimagistri.
5 Fidem de frequentatione Doctrinæ Christianæ.
6 Si sit forensis, fidem domicilij decemnalis, & habitationis Parentum.
7 Examen, & approbationem.

PRO MINORIBVS ORDINIBVS.

1 Fidẽ de Tõsura, vel alio Ordine graduatĩ susceptο.
2 Fidem de præstatione seruitij Ecclesię, in qua fuit adscriptus.
3 Fidem de vita,& moribus,ac attestationem Paro-

chi,

chij, & Magistri Scholæ.

4 Fidem de Cõmunione SS. Corporis IesuChristi.

5 Sciant latinam linguam, vel ostendant capacitatem, ac bonam indolem ad profitendam.

6 Examen, & approbationem.

ET PRO ACCOLITATV.

Præter prædicta Fidẽ ætatis 12. annorũ expletorũ.

PRO SVBDIACONATV.

1 Literas testimoniales continen. publicationem de ipsorum nominibus, & desiderio in propria Ecclesia parochiali fact. & diligentem inquisitionem à fide dignis per Parochum habitam de eorum natalibus, vita, & moribus.

2 Beneficium, vel Patrimonium valoris saltèm scutorum triginta in annuo redditu, quod verè, realitèr, & pacificè possideatur, nullius debito, seù oneri sit suppositum.

3 Patrimonium sit publicatum á Parocho inter Missarum solemnia.

4 Annum à susceptione vltimi gradus, nisi Ecclesiæ vtilitas, seù necessitas aliud suaserit.

5 Fidem seruitij Ecclesiæ, cui est adscriptus.

6 Fidem omnium Ordinum susceptorum.

7 Fidem ætatis annorum 22. saltem inchoatis.

8 Testimonium de sumptione sacræ communionis saltèm singulis mensibus, & diebus solemnibus.

9 Teſtimonium, quod ſe exercuit in docendo Doctrinam Chriſtianam in Eccleſijs ad id deputatis.
10 Examen, & approbationem.
11 Ad titulum patrimonij, vel penſionis, debeat concurrere Eccleſiæ vtilitas, vel commoditas.

PRO DIACONATV.

1 Fidem omnium Ordinum ſuſceptorum.
2 Tempus vnius anni à ſuſceptione Subdiaconatus.
3 Fidem ætatis 23. annorum.
4 Fidem exercitij Subdiaconatus, & ſuſceptionis Euchariſtiæ.
5 Publicationem in Parochia, vt ſupra de Subdiaconatu. n. 1.
6 Examen, & approbationem.

PRO SACERDOTIO.

1 Fidem omnium Ordinum ſuſceptorum.
2 Tempus vnius anni à ſuſceptione Diaconatus.
3 Fidem ætatis annorum 25.
4 Fidem exercitij ſuſceptorum, & frequentationis Sanctiſſimæ Euchariſtiæ.
5 Publicationem, & Teſtimonium, vt de Subdiaconatu. n. 1.
6 Examen, & approbationem.

Franc. Narduccius Canc.

DECRETVM

Quo conceditur, & præscribitur facultas Ordinarijs circa accessum Regularium ad Monasteria Monialium ad colloquendum cum eis.

1103 CVM aliàs de anno 1590. per sacram Cardinalium negocijs Regularium Præfectorum Congregationem de mandato fel. rec. Sixti Papæ Quinti circa accessũ Regulariũ cuiuscũq. Ordinis ad Monialium Monasteria fuerit decretum; Quod nulli Religioso cuiuscumque ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat (Superiore, cui Monasterij, seu Domus cura incumbit, Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque ordinario, & extraordinario, qui ad tempus deputabitur, dũtaxat exceptis) liceat absque licentia expressa eiusdem Sacræ Congregationis accedere ad Monasteria, seu Domus quarumcumque Monialium, vel Sororum, siue sui, siue alterius cuiusuis Ordinis ad colloquendum, siue tractandum cum eis: Quod si aliquandò, mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum Verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesijs, siue Oratorijs exterioribus, siue extra Claustra existentibus mitti contigerit, ne dicti Religiosi vllo quesito colore Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam personam intra Clausuram degentes alloqui possint, sub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis, alijsque eiusdem Sacræ Congregationis

arbitrio: Fueritque postmodum declaratum, etiam Equites S. Ioannis Hierosolymitani sub eodem Decreto comprehendi, quoscumque contrafacientes ab alio, quam ab Apostolica Sede, aut a Sacra Congregatione absolui, & rehabilitari non posse; Amplissimi eiusdem Sacræ Congregationis Patres Decreta huiusmodi innouanda, & inuiolabiliter obseruanda statuerunt. Verùm quia experientia compertum est, interdum ob pias, & rationabiles causas, easque ita ferente casu repentinas, vt ab eadem Sac. Congregatione licentiam expectari summè incommodum, vel inutile sit, Regularibus supradictis colloquendi cum Monialibus sibi attinentibus necessitatem obuenire, facto verbo cum Sanctiss. D. N. Vrbano VIII. & de Sanctitatis suæ expresso ordine, & mandato, facultatem tribuerunt in posterum locorum Ordinarijs, vt quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicumque Regulari, vt Moniales sibi in primo, & secundo tantùm consanguinitatis gradu coniuctas conuenire, & alloqui possit. Id verò non aliter quam seruata ad vnguem forma infrascripta: Vt id nullo modo liceat diebus festiuis, aut in Aduentu, Quadragesima, feria sexta, sabbato, & Vigilijs: prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectet eam concedere, consignetur Cōfessario ordinario Monasterij, qui penes se retinere debeat, isque associet, & pręsens sit, & Auscultatrices de more, non autem aliæ, assistant; prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in scriptis conce-

datur, in librisq. Cancellariæ eiusdem Ordinarij annotetur. Quòd si prædicti locorum Ordinarij per plures vices, vel in vlteriori gradu coniunctis, aut aliter quàm seruata forma supradicta licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis Sanctiss. D. N. & Sacræ Congregationis Transgressores, iudiciumq. reformident: Regulares autèm pœnis in supradicto Decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, eo ipso se nouerint esse addictos, & arbitrio Sacræ Congregationis seueriùs puniendos. Romæ xij. Kal. Decembris. MDCXXIII.

OCT. CARD. BANDINVS.

Laur. Campegius Sec.

LETTERA

Per l' esattione de Crediti delle Moniche.

A tergo. *Al Reu. Sig. Il Sig. Vicario Generale di Todi.*

Intus vero — Loco sigilli †

REV. SIG. Rappresentando alla S. Congreg. le Monache di cotesta Città, e Diocesi di non poter esiggere i crediti che hanno, mentre i debitori per sutterfugerne i pagamenti estorquono bene spesso Inibitioni da diuersi Tribunali, e di quelle si vagliono per impedire l'essecutione in graue danno delle Oratrici, Questi Eminentiss. miei Signori mi hanno commesso di scriuerui, che quando sia vero l'esposto, non restiate di astringere i medemi debitori con

quei remedij della giustitia, che vi pareranno opportuni all' intiero pagamento delle somme, che deuono, non ostante qualunque Inibitione, pur che non siano ottenute per vigore di legitima appellatione in causa pendente, ò di commissione segnata di mano di Nostro SIG. Tanto dunque eseguirete, e state sano. Roma 12. Aprile 1658.

Al piacer vostro
M. Card. Ginetti.

Emilio Vesc. di Cam. Sec.

DECRETVM

SacræCongreg. Episcoporum, & Regularium circa Tertiarias.

TErtiarias Mulieres ad habitum tertiæ Regulæ recipere licet Superioribus Regularibus sufficienti facultate ad id à Sede Apost. suffultis (Capuccinis exceptis) atq. ad ipsos vestiendi eas officium pertinet; non autem ad habitum admittendæ, & recipiendę sunt, nisi probatę vitæ, ac bonis moribus præditæ, atque in ætate saltem quadraginta annorum constitutæ, quæ de proprio habeant, vndè sufficienter viuere possint, & non cum alijs Viris, quàm cum Consanguineis, vel Affinibus in primo tantùm gradu sibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario Loci licentia priùs impetrata, qui non alitèr eam concedat, nisi de prædictis, præuio examine diligenti, sibi con-

ſtiterit. Verùm in huiuſmodi habitu concedendo, reſpecti uè deferendo, omninò à velo ſupra caput, pectorali,& á patientia abſtinendum eſt; quinimò eæ, quæ ſupradicta, tria vel aliquod ipſorũ deferre depræhenſæ fuerint, illa dimittere, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas ab Ordinarijs Locorum compellendę ſunt.

Tertiariarũ Cõfeſſiones Sacramentales audire non poſſunt Confeſſores Regulares, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad confeſſiones perſonarum ſęcularium audiendas. Die 20. Decembris 1616.

Sac. Cong. Epiſc.& Regular.

FINIS.

Pagina	Verſ.	Errata	Correcta
4	16	lucem.	luem
8	1	Chriſtiana	Chriſtianæ
19	28	nulla ſit	nulla ſint
22	9	lacrymaſq. exuri	lacrymaſq. exciri
24	15	veitum	vetitum
25	10	ne pareant	ni pareant
29	13	exergerint	exegerint
31	2	pretexti	pretextu
39	9	Canonicis	Canonici
42	12	ſolemniori	ſolemnior
43	7	pulſo	pulſu
47	29	conueniat	conueniant
51	15	quæo	quę
52	15	appellam	appellant
68	6	non poſſit	non poſſint
82	6	Regulares ipſa	Regulares autem.
91	19	Sodalitats	Sodalitatis
92	6	icoram	coram
117	15	afflictat	afflictant
123	9	adiungat	adiungant
123	21	conceſſa	conceſſam
134	5	aſcenditur	aſcendatur
143	12	ſubeant	ſubeunt
144	20	Parochis	Parochi
147	28	oblegantes	ablegantes
157	8	vetitur	venitur
157	8	laſtris	caſtris
164	22	infingamus	infringamus
190	6	adſciuit	adſciuerit
190	15	adiunxit	adiunxerit
190	19	non poſſunt	non poſſint